



# **Satyra contra impudens Iacobi Andreae Schmidlini, de Lutheranorum concordia mendacium.**

<https://hdl.handle.net/1874/432360>

6.

SATYRA  
CONTRA  
IMPVDENSIACO-  
BI ANDREAE SCHMIDLI-  
ni, de Lutheranorum concor-  
dia mendacium.

ITEM,  
SPONGIA ADVERSVS  
FALLACES VVOLFGANGI  
Martij priuati Augustæ Ludimagistri ineptias,  
& contra Iacobi Andreae Schmidlinica-  
lumnias siue aspergines.

AVCTORE  
HANNARDO GAMERIO  
POETA LAVREATO ET CO-  
mite Palatino Cæsareo, Catholicorum  
Principum, Philippi Hispaniarum Re-  
gis in Hollandia Vasallo, & D. Alberti  
vtriusq; Bauariæ ducis per  
Belgium ministro.

COLONIAE,  
Excudebat Nicolaus Graphæus.  
M. D. LXIX.



Dignam iudico hanc satyr  
ram quæ typis comittatur.  
Augustinus Hunæus Res  
gius Louani professor, XVII.  
Martij, M. D. LXIX.



Epistola dedicatoria.

AD REVE-  
RENDVM, NOBILEM ET  
CLARISSIMVM VIRVM AC DO-  
minum, D. Ioannem Eglophum à Knöringen, Ca-  
thedralium Ecclesiarum, Vurceburgensis Schola-  
sticum, & Augustanae Custodem, ut uigilantissi-  
mum, ita longè omnium dignissimum, &c.

Dominum gratiosum, & Patro-  
num colèdissimum,

&c.

**P**Oëtæ plariq; omnes, qui no-  
stris extiterunt temporibus,  
aut nimis curiosè Ethnicos  
illos imitati sunt, nulla Chri-  
stiani nominis ratione habita: aut si-  
bi persuadentes <sup>κέρως ἀρχύων ἀμενοπ</sup>  
<sup>εἶναι</sup>, Musis & Poësi valedixerunt, se-  
que vel ad Iuris prudentiam, vel for-  
didam medicinæ Praxin contulerūt,  
qui alioqui sacris tractandis idonei  
multum potuissent Catholicæ con-  
tra hæreticos auxiliari Ecclesiæ.

A 2

Ego

Epistola

Ego verò ijs exceptis, quæ puer lu-  
si pueriliter, sacras semper & religio-  
sas mihi delegi materias, è quibus  
Christianus lector dolos & fraudes  
hereticorum tâquàm in speculo po-  
sitas conspicerè, conspectas notare,  
notatas execrari possit.

Semper autè putavi, & adhuc ali-  
ter mihi persuadere prorsus nequeo,  
quàm quòd Christianis non tam  
in hoc præsentì, quàm in futuro secu-  
lo laborum merces & meritorum  
præmium expetendum sit. Quapro-  
pter in veteri persistens sententia, &  
fama fami proxima delectatus mo-  
rem non muto meum, sed antiquum  
obtinens à sancto Poëseos studio me  
abduci, aut etiam abstrahi minimè  
patior, verùm indies magis magisq;  
confirmatus, omisso leuiori scriben-  
di genere, ad Satyras vsq; ad extremã  
vitæ meæ senectutis metam dictan-  
das me confero, idèò, quòd hoc scri-  
pti

## Dedicatoria.

pti genus moribus carpendis & corrigendis sit aptissimum.

Ego enim, vti Horatius, Persius & Iuuenalis in suis faciunt sermonibus vel Satyris, non leuia vel communia taxo simpliciter hominum vitia vel mores: sed cum Propheta Dei voce admonitus aut potius instigatus clamor & non cesso: quasi tuba attollens vocem meam annuncio populo scelera sua. Non quod tantum sua exprobrem scelera peccantibus, sed quod peccatorum vitia iustis monstrum & ostendam innocentibus, vti sic à malis & vitiosis simpliciores & boni minus falli, decipi, intercipi, aut circumueniri queant. Qui verò peccatores isti sint, quæris? hæretici. Qui deceptores isti sint, rogas? hæretici. Hæretici sunt, quorum nomina traduco. Hæretici sunt, quos carpo. Hæretici sunt, quos taxo, quos odi, quos persequor. Contra hos potissimum

## Epistola

mū mea scripsi Bucolica, contra hos  
Satyram de reliquijs sanctorum, de  
Merito Christi, libros quatuor tuo  
nomini inscriptos, de sacra Turre Re  
uerendis. atq; Amplissimi Cardina  
lis Augustani Domini & Principis  
pijsimi in lucem emisi. Contra hos,  
vt breuiter dicam omnia, scripsi & fe  
ci, scribam & faciam, facta & facien  
da omnia. Non me terrent persecu  
tiones, non similtates, non odia, nō  
iræ, non minæ, non insidiæ, non cru  
ces, non patibula à quibusdam pro  
missa, non deniq; mille mortes.

Nam tum primū contra secta  
rios animatus sum, cū persecutio  
nem pati inciperem: tum demū me  
armaui, cū tam multos propter no  
mē Domini in me vnum, eumq; Poē  
tam inermē, viderē armatos insurge  
re, cū illos contra me viderē arma pa  
rare & capere. Sciant tamen mei ad  
uersarij, quicunq; illi tandem sunt,  
paucis

## Dedicatoria.

paucis contra Poëtas pugnantibus partam esse hætenus victoriam. At verò quasi tantæ laudis sit, Poëtam gladio & armis persequi, aut huc aut illuc proficisci volëtem intercipere, interceptum ignominia afficere, aut captum omninò tollere: Faciant autem quicquid velint, persequantur quantum possunt. Nam scio ego & confido me à Deo optimo Max. pro Ecclesia contra Lupū catholici gregis hostem seruatū iri, scio me meaq; Deo Christo Seruatori meo omnia esse curæ studia, qui in infinitum numerū factas auget Lutheranorū Satyras. Lutheranorū dico: nouū enim & hætenus non vsitatum in Satyris seruo modum. Primò videlicet ipsorum hæreticorum verba ante exordiū Satyrę ponendo, postea ex libris Symistarū ab ipsis scripta falsa esse demonstrando, sic vt nõ tam ego cõtra illos, quàm ipsi contra se faciant,



## Epistola

dicant & scribant Satyras.

In hac enim, quam tuo nomini sa-  
cratam offero, primo loco Schmid-  
lini verba ponuntur, quibus ille sim-  
plicioribus persuadere conatur ho-  
minibus, quòd Lutherani nullam de-  
fidei, vel Augustanæ Confessionis  
articulis litem habeant. His Schmid-  
lini verbis præmissis, in carmine de-  
monstro, quantum à veritatis scopo  
aberrarit, & quàm impudèter men-  
titus fuerit, dum ipsius Lutheri à se-  
dissidentis in mediũ profero, Dum  
Nicolai Galli, Nicolai Amsdorffij,  
Principum Saxoniz, Comitũ Mans-  
feldensium, & aliorum Lutherano-  
rum Confessionem Augustanã pro-  
fidentiũ verba cito, qui omnes & plu-  
res dictis (vti in carmine videbitur)  
fatentur schisma & dissensionem, a-  
deò vt illorum verbis citatis ad schis-  
ma fatendum cogendus sit.

In altera Satyra priori adnexa, op-  
timo

## Dedicatoria.

timo autem & doctissimo Abbati in  
Vveichenstehendedicata, approbo  
Lutheri sententiã, dum in libro Syn  
grammatum dicit: Mundum velle et  
debere falli. Nisi enim mundus de  
buisset & falli voluisset, nunquam  
Lutheri hæresin religioni prætulisset  
Catholicæ: Lutheri enim secta nihil  
aliud est aut esse potest, quàm Cacho  
lica. i. tota mala, quippe quæ à Dia  
bolo nata & orta sit. Ex malo enim  
nihil aliud quàm malum provenire  
potest, iuxta tritum & vulgare pro  
verbium: κακὸν κόσμος κακῶν ὡν, vt &  
in libri primi Regum, capite 24. legi  
tur: Ab impijs egressa est iniquitas.

Habes itaq; Vir Clarissime, vtri  
usq; argumentũ Satyræ non de mea,  
sed aduersariorum depromptũ pha  
retra. Habes itidem, mi Patrone, & ut uerius lo  
quar, Pater, breuẽ & succinctam, planam tamẽ  
& apertam rationem, cur in titulo Lutheranos  
appellarim CACHOLICOS: nam non nisi à malo  
malis potuit fieri denominatio. A 5 Quam

Epistola

Quam verò cernis in calce libri,  
 tuæ, De eo, quod mundus vult & de-  
 bet falli, adnexam Satyrâ, Reueren-  
 do Abbati in Vveichenstephen dedi-  
 catâ, ideò addidi, quòd te omnibus  
 religiosis maximè pijs & doctis gau-  
 dere recognoscerem, quodq; te om-  
 nium bonorum consuetudine valdè  
 delectari exploratum haberè. Nam  
 cùm nuper coràm, &, quod dicunt,  
 ore ad os multa de fictis pictisq; &  
 contrà de veris & viuis Abbatibus  
 contulifsemus, atq; inter ceteros mu-  
 tuis laudibus vtriusq; nostrum, ne-  
 scio fratrem vel patrem debeam dice-  
 re, Georgium Neupeck, Monasterij  
 Schyrensis Abbatem ad cælum vsq;  
 extulifsemus, in mentem mihi venit,  
 hunc quoq; Gasparum, verè Phrasi-  
 um, ad primos Doctorù & piorum  
 Abbatum ordines collocandum ef-  
 se: atq; ideo tibi neq; ingratum, neq;  
 tua consuetudine indignum putavi,

### Dedicatoria.

quare etiam, vt vtriq; ansam aut occasionem contrahendæ amicitiaë obtruderé, volui in meo libro primùm conuenire non dissoluendæ necessitudinis facturos initium.

Superest nunc, vt Reuerendam tuã paternitatem & magnificentiam ea qua debeo & possum humilitate obnixè supplex factus rogem, si hanc meam Satyram tuo nomini consecratam non auersetur, sed placido vultu & animo, sicuti solet omnia, excipiat. Nullam enim aliam ob causam, istam tibi Satyram dedicatam volui, quàm quòd optimè erga Catholicã religionē affectã ab aduersarijs odio haberi sciré, quodq; mihi certò cõstaret maius aduersariorum aduersus te, ex hoc patrociniò non futurũ odiũ, cùm te sicut & me in supremo gradu oderint. Qua ppter etiã indies magis magisq; ijs gratificari non desino. Carmẽ igitur hoc, qualecunq;  
tandem

Epistola

tandem ipsum sit, hospitio excipere  
nō dedignaberis, quod si à te doctis-  
que & pijs probari intellexero, reli-  
quas infrà duorum mensium spaciū  
fatis iustum volumen constituturas,  
inuitis hæreticis, inuito etiam Dia-  
bolo & Lupo illo, quem probè no-  
ui, in publicum prodire curabimus.  
Vale ex Ingolstadio, 19. Octobris  
die, Anno 1567.

Tuæ Reuerendæ Paternitati et  
magnificentiæ deditissi-  
mus Cliens.

Hannardus Gamcria-  
us Mosæus.

AUTHOR

Author ad Lectorem.

Vana Poëtarum ueterum narratio cesset,  
Et ualeat quisquis mendacem dicere  
Cretam,

Quisquis Græcorū nugæ mirarier ausit:  
Cedit enim uatum narratio ficta Luthero,  
Cumq; suis deuicta iacet modò Græcia nugis,  
Et mentita diu se dicit Creta minorem.  
Namq; Lutherane sectatus crimina uitæ  
Exuperat cunctos qui nunc sunt quiq; fuerunt,  
Et qui mendaces alijs nascuntur in annis.

Tu uerò quicumq; uoles studuisse saluti,  
Deprænsos uitato dolos fraudesq; malignas,  
Et claram tenebris pulsas accedito lucem,  
Quam Deus & uerus ueri certissimus autor  
Christus communes hominum seruauit in usus,  
Quam per Apostolicos nos tradidit ipse libellos,  
Quam per scripta patrum tradi curauit habendam.

At alijs, quibus est sectarum nomen honori,  
Diuerso studio semper diuersa sequuntur,  
Et crimen magnis scelerum conatibus augent:  
Quippe (quod agnoscens schola Vuittembergica dicit)

Matthias equitat malè olentem Flaccius hircum,  
Iude suo Gallus rostro data stercorea uertit,

Infestat

Infestat uarias turbis Heshusius urbes,  
Et Cœlestinus miseros turbare colonos  
Periurusq; meo celebratus carmine Roraff  
Assidui studio nunquam cessante laborant.  
Sis igitur cautus, ne te gens impia fallat,  
Sed uia te Domini semper delectet euntem.

IACO



IACOBVS  
ANDREAE SCHMID  
LINVS IN LIBRO CONTRA

*Tabulam, uel longum Catalogum*

*edito, sic ait:*

**L**utherani in suę doctrinę fun-  
damēto ne in minimo quidem  
dissentiunt, sed, si qua uspiam  
sit controuersia, ea prorsus non est  
de illo uel fidei, uel Augustanę illo-  
rum Confessionis articulo.

SATYRA

De Lutheranorum concordia.

**A**n uerò Schmidline tibi fabricata ma-  
lignè  
Semper & usquadeò tua sunt men-  
dacia curę,

Vt qui uera sciens, tanquàm sint falsa, negares,

Et qui falsa uidens tanquàm sint uera probares?

At quibus è scopulis, quibus es de cautibus  
ortus?

Quasue



## De concordia

Quasue tenes silicium natas in pectore uenas?  
Cur mens est tam caeca tibi? cur tanta tenaci  
Durities in corde sedet? quin pectora ferro  
Propria tractando positus incudibus aptas?  
Quin potius meliora sequens peiora relin-  
quis?

Et colis antiquo uitam sub iure beatam,  
Quae scelerata modo nullo mendacia nouit.  
Aut si tam subito consueta relinquere nec uis,

Schmidlin. in arte me  
sciendi habi-  
tum sibi  
comparas  
uis.

Nec potes <sup>Et</sup> habens studio perfectus in illo,  
Disce minus planis saltem mendacia uerbis  
Dicere, ne factio mendax capiaris in ipso  
Turpiter effectus frustrati fabula uulgi.  
Nam si non habeant speciem mendacia ueri,  
Et satis astutis dictis abstrusa tegantur:

Sed Schmi delinus mal-  
leis suis & (Sit licet effatus longè uerissima) credat.  
forcipibus  
pudorem  
eijciendo  
abegit.

Auctori nocitura sonant, cui saepe pudorem  
Incutiunt, minuuntq; fidem, ne postmodò quisq;  
(Sit licet effatus longè uerissima) credat.

Hac uerba  
sunt Schmi  
delini car-  
mine uers-  
sa.

Impos eras mentis, dicti satis immemor huius,  
Cum turbare uolens Romanae sedis alumnos,  
Insereres scriptis haec uerba sequentia libris:  
Non Euangelicas uexat discordia mentes,  
Sed neq; uel minimis oritur dissensio rebus.  
Si tamen inter eas uideatur frivola nasci  
Quaestio de dubijs sine fructu mota quibusdā,  
Tunc illaesa fides manet, & confessio uera

Obtinet

## Lutheranorum.

Obtinet antiquum, uelut antè, per omnia  
florem.

Sic ais, at quali tua sint cum pondere uerba,

Vse dolis magnis ego te Schmidline docebo:

ipse leues homines diuersa per oppida uidi,

Et multos hominum mores & facta notauì,

Plurima per Satyras passim mendacia carpsi:

Sed magis impuros ego nullo tempore uidi,

Nec scelera in quoquam magis execranda notauì,

At neq; per Satyras mendacia pluria carpsi,

Quàm quibus addictus uitij Schmidline uidèris.

Tu lucem tenebras, ignem tu dixeris undam,

Virtutem uitium, qui dicere turpiter audes,

Quòd sit apud uestram nusquam discordia se-

ctam.

Nónne pudet uerbis mendacem talibus uti?

Nónne pudet miseros hac fallere uoce popellos?

Et dare uexandos tua per mendacia Diti?

Sed pudor omnis abest, pietas fugit, undiq; uirtus

Exulat, atq; fides omninò mortua dormit,

Sed neq; spes superest de te Schmidline beano.

Herculè condoleo tibi, quòd tam turpiter Schmidlin.

ausis

Luthero

cōradicit.

Esse Lutheranum te per tua scripta fateri,

Cum te scire negans dicti monumenta Lutheri

Illius doceas scriptis contraria libris

## De concordia

Res affirmando quas ille negauerat antè.

Scire negas etenim cum sensu scribis aperto,  
Quòd sit apud uestram discordia nulla cateruam,  
Sed quòd in æternam concors eat illa quietem.

Quò Schmidline ruis? quò se mens stulta re-  
cepit?

Terebyn- Quid furis aut quis te captum rationibus error  
tho stultiz Occupat, ut factus Terebyntho stultior ires.  
or.

Strychni Et simul euomitis nasturcia collige Strychnis,  
sunt Schmi Ut sic inter se pugnantia dicta Lutheri,  
dlino in de Erroremq; tuum sapiens deprædere possis.  
licijs, sed Non ratio leuis est, in quo tuus ille Magister

nasturcia mouent illi Multorum scelerum studiosus discrepat à se,  
mauseam. Sed de præcipuis fidei contraria rebus,  
Et prorsus secum pugnantia plurima scribit,  
E quibus innumeris ego tantum pauca locabo,  
Quæ circa Domini cœnam contraria tradit.

AIT:

In concio; Concio quam populo de Christi corpore scrip-  
ne de uenez sit,

rabili Sas Hoc satis esse docet, speciem si sumat utrinq;

cramento. Pro grege commisso curans altare sacerdos,

Sicut id ex æquo cunctis ecclesia mandat.

NEGAT:

Rursus

## Lutheranorum.

Rursus ab aduersa tonat his contraria parte,  
Sicut in hoc obiter uerso per carmina libro  
Ultima Brumalis Postillæ concio tradit:  
Est species ambas tam percepisse necessum,  
Quàm refert Dominum perfectè noscere Christi-

In ultima  
concione  
Postillæ  
Brumalis.

stum,  
Quin etiam fuerint subeunda pericula uitæ,  
Iacturamq; simul decet expectare bonorum,  
Ut dentur populo species utraq; profano.

AIT:

Concio quæ Christi de fœdere scripta uocatur,  
Edocet ac planè uerbis demonstrat apertis,  
Ponderis esse leuis, quòd laicus ordo careret  
Hac specie, quæ fit de uino sanguis Iesu.

In sermone  
de nouo  
Testamen-  
to.

NEGAT.

At prorsus contrà testatur formula Missæ,  
Quæ docet hanc adeò rem magni ponderis esse,  
Ut sint propterea multi sub tartara missi.

In libro de  
formula  
aut modo  
Missæ.

AIT:

In libro cui dat Babylon teterrima nomen  
Scribit homo nequam scelerum caput atq; ma-  
lorum,  
Quòd neutra specie Christus præceperit uti,  
Sed quòd in arbitrio sumentis utranq; locarit.

In prælus-  
dio captiui-  
tatis Bas-  
bylonicæ.

B 2

NEGAT.

De concordia

NEGAT.

In magno Hic quoq; diuersū tibi magnan ατ ήχρον inquit.  
Catech. Nempe quòd expresse cunctis mandauit Iesus,  
Et Sacramenti sanctum praeceperit usum.

AIT:

In capte. Idem praeterea scribit Babylonius autor,  
Babyl. Quòd non in Christum possint peccasse uideri,  
A quibus una modo species modò sumitur uno.

NEGAT.

In consolat. Ast ubi solatur, qui sunt in moenibus Halle  
tionis ad Testatur planis haec dicta sequentia uerbis,  
Hallenses. Nempe quòd accipiat speciem male conscius unā.

AIT:

Ad nobis Nobilibus scribit Germanis pessima pestis,  
les Germ. as Corda Boëmorum placide debere moneri,  
nia. Quòd nemo peccet, speciem dum sumit utraq;  
Quòd nemo peccet, speciem dum percipit unam.

NEGAT.

In uisitati Rursus ab a'uerso, fido transcribit amico,  
one et ad Esse unam speciem nullaratione ferendam.  
bonum ami  
cum.

AIT:

In capte. Tradit item patris Babylon damnanda Lutheri,  
Babyl. Quòd uis pontifici non sit facienda supremo  
Ob Sacramenti species utrasq; uerendi.

NEGAT.

Lutheranorum.

NEGAT.

Rursus in articulis scriptis contraria ponit,  
Quippe quòd inuito Papa sub utraq; sacramentum  
Sit specie corpus Christi cum sanguine dandum.

In 16. articulis.

AIT:

Explicat orando Romanos atq; Boëmos,  
Ut paci studeant, & omissa lite quiescant,  
Siue sit ex una specie, seu fiat utraq;.

In explicacione sermonis de Sacramento.

NEGAT.

Rursus in articulis falso rogat ore Boëmos,  
Per sacrum Domini uenerabile nomen Iesu,  
Ut nil pontificis formident iussa Tyranni,  
Ne Sacramenti uero ducantur ab usu.

In 16. articulis.

AIT:

Ordine postremo (ne singula crimina ponam)  
Scribit in explicitis sermonum talia uerbis:  
Nulli sub specie communitio detur utraq;,  
Si non concilium bene factum suaserit esse.

In explicacione sermonis de Sacramento.

NEGAT.

At prorsus Missæ diuersum formula tradit,  
Dum ponit minimè dubias hoc ordine uoces:  
Nos Nos iura Dei, nos uim quoq; legis habemus,  
Sed neq; concilium neq; lata statuta moramur,  
At neq; decreti curamus nomina dicti.  
Imò quod magis est, speciem si mandat utranq;

In formula Missæ.

## De concordia

Concilium, tunc nos utranq; negemus habendam.  
Sed per contemptum facti cum iure statuti  
Vllam uel nullam speciem uellemus habere.  
Illos præterea Plutoni Orcoq; daremus,

*Hic finiunt  
uerba Lu-  
theri car-  
mine uer-  
sa.*

Qui cum Concilio speciem laudaret utranq;  
Quid tibi de dictis Schmidline suille uidetur?  
Suntne, uelut scripsi, libris extracta Lutheri?  
Cur Schmidline taces? cur obmutescis? an ergo,  
Quòd uelut in sacco felem te cernis haberi?

*Schmidlin.  
ualet canis  
na eloquen-  
tia.*

Ah ubi nunc latitat mendacis copia lingue?  
Ah ubi nunc uoces? ubi sesquipedalia uerba,  
Que terrere queunt factis latratibus hostem.  
Rideo, quim rides, tu fles, ego rideo flentem,  
Nam subiit casses modò præda petita paratos.  
An Schmidline putas sumptis te posse figuris,  
Ut consueuisti, protheus euadere factus?  
Crede mihi non est de quo promittere quic-  
quam,

Aut aliquid certi de quo tibi dicere possis.  
Captus es & medijs detentus retibus hæres,  
Et qui te perimat cordi prætenditur arcus.  
Sed consolabor, ne iam suspendia poscas,  
Sis animo Schmidline bono, tibi gratia fiet:  
Sæpius amissæ facies dispendia fame,  
Naufragiumq; simul uite patiêris honestæ.  
Est Aenigma bonum, quòd nec Sphynx soluet  
ret ipsa,

Et

## Lutheranorum.

Et quo perfidiae fabrilis signa docente

Nunquam callidius quisquam proponeret ullum. *Aenigma*

Quod semel amissum nullo post tēpore uidit, *de Schmid*

Id non inuentum Schmidlinus denuò perdit. *lini honore*

Nam semel amissam perdis, nequissime, famam, *amisso.*

Dum planè uictus mendacia publica scribis,

Quòd sit apud uestram nusquam discordia sectā.

At tu, si bonus es, quæ dixti, uera probato,

Aut no esse fide dignum patiāre uosari,

Et scurrā dicti damnatum uoce Lutheri,

Sicut in Emsero scriptis testatur acerbis:

Si semel inueniar tam planè falsus haberi, *Luth. in li*

Tunc nihili meus omnis honos & dogmata fiant, *bro Emser*

Et ualeat suscepta fides pietasq; recedat,

Et me proclamat nebulonem quilibet esse.

Et mox quandoquidem plana ratione teneris

Falsus in articulis, semper periurus habetor,

*Hactenus*

Donec de tabulis aufers mendacia scriptis.

*Lutheri*

Quid superest aliud nisi quòd testante Lu- *sunt uerba*  
thero *uerja.*

Non queat esse bono dignus Schmidlinus ho-  
nore,

*Lutherus*

Sed quòd in ordinibus nebulonum scurrā locetur, *sc et Smid*

Dum tollit positas sua per mendacia labes.

*linum dan*

At nunquam poterit factas auferre lituras,

*nat,*

Si neget inter eos discordia semina nasci,



## De concordia

*Lutherus* Per quæ schismaticas producat factio mentes.  
*in facultas* Hoc igitur debes uerum Schmidline fateri,  
*et Nebulo* Aut iterum doctor nebulonum scurra creati,  
*numpromio* Imponente suam tibi promotore coronam:  
*tor, nequis* Sed scio quid facias, ut restituaris honori,  
*tia doctor* Stesichori uatis sequitor memorabile factum,  
*res creans* Qui sua retractans uisum laudando recepit.  
*di potestas* Id nisi tu facias periurus habebere nequam  
*tem habet.* Et mendax nebulo, qui uestrum schisma negasti  
*Nam Stes* Vobiscum placidam scribendo uigere quietem.  
*sichorus* Imò pro silient, qui patris dogma Lutheri,  
*Poeta, cum* Ac eius pedibus uestigia facta secuti,  
*Helenam* Teq; tuosq; simul damnabunt atq; docebunt,  
*uituperas;* Quòd penes est uestram discordia maxima se-  
*set, cæcus* ctam,  
*factus est,* Quòd de præcipuis uarij diuersa sequantur  
*qua rursus* Articulis fidei noua dogmata multa colentes.  
*laudata, ui* Id tibi si monstrem debebis schisma fateri,  
*sus laudan* Atq; Lutheranis in mentibus hæresin esse,  
*ti restitus* Quæ solet inuento de schismate nata uenire.  
*eus est.* Schmidlinus uerò non uult agnoscere schisma,  
Ergo quòd hæreticus confessus schisma uocari  
Debeat, & populo suspectus in omnibus esse.  
Hic opus est igitur ueros adducere testes,  
Sola Lutherane uenerantes dogmata sectæ,  
E quibus auditis intellexisse licebit,

Quam

## Lutheranorum.

Quam procul à nostro pudor est & gloria Fabro,

Atq; adeò primos Amsdorffius inter amicos  
Primus & in primis sectatus scripta Lutheri,  
Schismata fassurus sese quærentibus offert.

Dic superintendens & amici præco Lutheri,

Si sit apud uestram nusquam discordia sectam?

Tunc Lutheranos sine schismate uiuere dices?

Sed scio non dices, quoniam confessio pure

Publica doctrina (quam uelles esse Lutheri)

Schmidlinum planè conuincens talia tradit.

Non sit res melior, sed peior semper habetur:

Omnia prætendunt, aliud nihil esse futurum,

Quam quòd apud nostros amissi funditus ibit

Vox Euangelij, pro cuius nomine magnos

Erroresq; meros subito cogemur habere:

Non aliam ob causam, quam quòd rationibus atq;

Sensibus humanis uerum postponimus ipsum.

Brentius ac alij † discrimina nulla uolentes

In templis statui uel sacris rebus haberi

(Cum de Colloquio celebrando nuper in urbem

Essent Vuormatiam pro religione profecti)

Heluetium uatem † damnari posse negabant,

Atq; recusabant Osiandri dogma uetare,

Propterea quòd ijs diuersa peritia rerum

Linguarumq; simul data gratia multa fuisset.

At nostros, qui se subscribere uelle negabant

Nicolaus  
amsdorffi  
us in cōfes  
sione pure  
doctrina

Euangelij.

Hic incipi  
unt uerba

Nic. Ams  
dorffij.

Dicit

amsdorff.

ueritatem

Lutheras

nis esse odi

osam.

†. i. Adia

phorista.

†. i. Zuing

lium.

## De concordia

(Si non reiiciant dictorum dogmata uatum)

*Hactenus sunt uerba Nic. Amsdorffij.* Vexarunt multis sua per conuicia sannis,  
Et de colloquio iusserunt longius ire.  
Hic mihi cessanti fueris Schmidline rogandus,  
Si tu Vuormatiæ non factum schisma loquaris:  
Nam mihi quærenti si schisma fuisse negabis,  
Tum rogo te, cur non Amsdorffius iste receptus,  
Aut de colloquio cur eiecistis eundem?

*Brentius contra Lutherum.* Pace tua dicam, si non Amsdorffius iste,  
Si præsens etiam sociorum nemo fuisset:  
Brentius à Domino fecisset schisma Luthero,  
Dum tua non uoluit damnari dogmata Zuingli,  
Sed ceu sacra forent, cum religione probari.

Nonne Luth. & hoc sciuit, quòd Zuingl. esset  
Doctus & ingenuus didicisset sedulus artes?  
Sciuit & expertus nomen quòd haberet ab arte,  
Ipsum mille locis damnandum clamat, & omnes  
Eius cultores damnatos censet haberi.

*Inter ita & non Schmidlin. discrimen nullum ponit.* Brentius aduersum damnantia scripta Lutheri,  
Insignem pietate uirum damnare recusat.  
Hic Schmidlinus ait, quòd non sit dicere, sic est,  
Si nõ schisma uocat, quòd Brëtius atq; Lutherus  
Inter se uarijs distans posuere figuris.  
Damno, Lutherus ait, non damno Brentius inquit,  
Non secus ac uerus præceptor Zuinglius esset,  
Aut Dominum uellet non agnouisse Lutherum.

Et id

## Lutheranorum.

Et tamen ista Faber prorsus pugnancia secum  
Conciliare uolens, fistuca & forcipe tentat  
Cudere, si possit fabricando tollere schisma,  
Infelix oleum perdens simul atq; laborem.

Egregiè doctus posses Schmidline putari,  
Si præcepta semel Dialectica discere uelles,  
Vnde scias nunquam contraria uisa fuisse  
Quæ benè conueniant aut non discordia fiant.

Iam si, quod damnat satis acri uoce Lutherus,  
Brentius obseruat minimè damnare paratus:

Quomodò non istos pugnancia scribere dices?  
Sed mihi non opus est ultrà contendere tecum,  
Nam si diuisam per natum schisma Lutheri  
Heresin esse negas: præsens Amsdorffius astat,  
Cum quo sit tibi res & concertatio multa,  
Illène uel potius fueris tu falsa locutus.

Sed scio quisquis in hoc certamine uictus abibit.  
Vos quoq; diuersam facietis schismate sectam.  
Quare progrediar si non Amsdorffius idem

Plura Lutheranis factò de schismate dicat.  
Dicit & affirmans dictis profuetur apertis,  
Quod bonus iste senex, cui dant incendia nomen,  
Sicut & iste Faber, periurus hypocrita uiuat.

Scribit enim planè uelut ordine scripta sequuntur.  
Sunt quibus est odiosus (si uerbis credere fas est)  
Zuinglius, at minimè testatur Brentius illud,

Dum

Brentius  
est Zuinglianus.

Contradictoria in  
cõcordiam  
redigi non  
possunt.

Schisma in  
ter Nic.  
Amsdorff  
& Schmidlinum.

Hic rursus  
incipiunt  
uerba Nic.  
Amsdorff

## De concordia

Dum Goppingensis commendat scripta Iacobi:  
In cuius libro præfatio facta uidetur.

Brentius  
in præfati  
one libri  
Schmidlin.

Hic etenim summis conantur uiribus ambo  
Conatq; uolunt, quòd Zuinglius atq; Lutherus  
Vnum dogma colant & idem per cuncta sequantur:

Parenthez  
sis ista  
Hannardi  
est.

Quòd nunquam facient, quis enim pugnantia  
secum

Conciliare queat? (quasi diceret Hercule nemo.)

Hos ita pugnantes secum componere tentant,

Qui doctos mundi se iactant esse magistros,  
Tanquam nos fungos aut truncos esse putarent.

Atqui nos, quibus est curæ mens conscia recti,  
Non amplectemur, quæ dogmata Zuinglius habet  
sit,

Erroresq; novos Osiandri nullus amabit,

Qui sincera colet germani scripta Lutheri.

Hinc protestati uerum, contemnimus omnes

Qui fuerint eius priuatum dogma secuti.

Si uerò uerboq; Dei uerboq; Lutheri  
Semper adhæsisent animis constantibus usi,

Nec cupidi rerum uoluissent esse nouarum,

Nec consensissent illis qui cuncta nouarunt,

Tunc nunquam inter nos dissensio facta fuisset,

Nec tam diuersas faceret discordia turbas,

sed

## Lutheranorum.

sed mala, quæ ueniunt, prorsus sublata fuissent.

Quamuis Theologi nostris ex urbe profectis

Propter colloquium de religione manentes  
Sint protestati se nolle recedere quoquam,  
Si non Augustam confessio ducat in urbem:  
Re tamen omninò contraria facta notamus,  
Nam dum non fugiunt, quæ scripsit Zuinglius  
olim,

Dum non reijciunt Osiandri scripta nefandi:  
Augustana potest illis confessio nunquam  
Esse, sed hoc ipso iam discessisse uidentur,  
Obicibusq; simul factis auertere pacem,  
Et dare reddendis animis discordibus ansam.

Quod si damnarent errores antè relatos, Contra pō  
Sicut nos facimus, tunc pax tranquilla uigeret tificem om  
Contra Pontificis socios bellare parata. nes heretis  
Cum docet Augusta confessio facta sub urbe, ci concors  
des sunt.

Quòd sanguis, quòd mors & quòd perpeſſio  
Christi

Nos faciat iustos, & quòd qui panis habetur  
In cœna Domini sit uerum corpus iesu:  
Non tolerare potest Osiandri somnia uatis,  
Aut etiam furias per quas male Zuinglius audit.  
Propterea secum prorsus pugnantia sunt

illa

## De concordia

Illam sequi per quæ confessio tradita crescit,  
Ac Osiandrinæ libros defendere sectæ,  
Siue tuum Zuingli fugiendum dogma probare.

1. Hos igitur uates damnabimus ordine primo,  
In quorum numero dux & Zuencfeldius est rex.  
Hinc Anabaptistas non dicimus esse ferendos,  
Qui data contemnunt uiua præconia uoce.

2. Hinc Osiandrinum damnamus dogma secundo,  
Quippe quod impuram fouet & colit hæresin  
æquæ.

3. Hinc execramur quæ Zuinglius omnia fecit,  
Illiusq; simul qui scripta nefanda sequuntur.

4. Hinc, qui nulla uolunt sacris discrimina poni,  
Damnatos ideò nos protestamur haberi,  
Quod cum Euangelio sint traditionibus usi,  
Et iussere suis in templa illa manere  
Ingenijs hominum quæcunq; parata fuissent.  
Ast Euangelium nusquam permittit ut ulla  
Iussa queant hominum secum ueneranda manere.

Hinc fit ut in sacris nullum discrimen habentes  
Adiaphora sunt  
ristæ sunt  
bypocrita  
simulantes  
& dissimu-  
lantes om-  
nia.

Omnia dissimulent, simulentq; per omnia cuncti.  
Nãq; gerunt ita se quasi Cæsaris acta sequantur,  
Illiusq; simul quasi dicto iussa capeffant.  
Nomine Cæsareo moti Papistica rursum  
Sacra colunt Missamq; simul uenerantur eandem,  
(Nec tamen hoc æquo testantur pectore factum)

sed

## Lutheranorum

Sed tamen esse uolunt & in illis semper haberi

Qui ueneranda colunt impensè dicta Lutheri.

*Adiapho*

An non hoc fuerit præcepta relinquere Christi

Atq; Dei uerbum manifesta uoce negare? (Siti? lunt Casa

Cæsaris hoc non est Augustam fallere men-

tem?

Sacraq; Pontificis partes simulare per omnes?

Et, quasi non nossent, sectam spreuisse Lutheri?

Hocine sit niti sellis utrinq; duabus?

Et pariter seruire Deo, seruire Baali?

Velle placere simul mortalibus atq; Tonanti?

Quintò propositum Thema condemnabimus 5.

illud,

Quòd debent certam comitari facta salutem.

Præter iam dictos alio sunt ordine quidam, 6.

Vt Pseffingerus Pseffingerumq; secuti,

Dicentes hominem naturæ uiribus ultrò

Ad donum Domini sese disponere posse,

Sic ut & infusus diuinus spiritus adsit,

*Mentiri*

Quod Scotus Thomasq; simul docuere Sophistæ.

*autem, boz*

Ante duos annos ab eodem questio mota

*ne uir, sic*

Edocet ac tradit, quòd Pseffingerus ut audax,

*Scotum &*

Sic etiam factum ualdè temerarius urget,

*S. Thomã*

Dum scribit qualis sit libera dicta uoluntas,

*docuisse.*

Talibus expresse uerborum sensibus utens:

Viribus ipse suis homo naturalibus ex se

Vere



## De concordia

Hic addit Verbo consentit, promissa prehendit & idem  
amsdorff. Spiritui sancto nulla de parte repugnat.

uerba Pfef  
fingeri. Hactenus hæc, ut dicta sonant, Amsdorffius  
inquit,

E quibus obserues Schmidlinum dicere falsa,  
Esse Lutheranis inter se schisma negantem.

Constat enim cunctisq; liquet, quòd ut antè  
probauì,

A se constituat diuersum schisma Lutherus,  
De Sacramento secum pugnantia scribens  
More Lutherano sacris contraria libris.

Hic quoq; Νικόλεως Amsdorffius ipse Lu-  
theri

Discipulus uerum confessus ubiq; fatetur,  
Dogma Lutheranum diuersis partibus esse  
In se diuisum, dum senas ordine sectas  
Reijcit, atq; suis templorum ritibus arcet.

Termeria  
Lucr Vnde tibi metuens credo Schmidline futurum,  
Vt qui uis toties temerarius esse uideri

Termerius fias, quoniam te secta magistri  
Carnificis subitura uices hostiliter odit,  
Et caput illisum saxis auferre minatur.

At quæ te furia? quæ te dementia uexat?  
Vt tam plana uidens discordia scripta Lutheri,  
Totq; Lutheranos uariè diuersa docentes  
Intuitus possis chartæ mandare legende,

Quod

## Lutheranorum.

Quod sit apud uestram discordia nulla cateruã  
Nam minimè dubijs uerbis Amsdorffius ultrò  
Monstrat & agnoscit, quòd sit dissecta Lutheri  
Miris secta modis, & multis scissa figuris.

Ne tamen, hic aliqua de parte calumnia de-  
tur,

Néue putes uno per me rem teste probari,  
Adjiciam plures, quibus exponentibus omnem  
Rem debes ueram præscripto iure fateri:  
Quippe docet Paulus, quòd semper in ore duo-  
rum

Sive trium sermo consistere debeat omnis.

Sit præsens igitur tenebrarum nuncius ales,  
Qui caput extollens sinuosum Gallus ad Istrum,  
Multa Lutherane profert contraria sectæ  
Sese discipulum confessus ubiq; Lutheri.

In Theſibus siquidem, quas edidit, ista legun-  
tur

Carmine uersa meo, uelut ordine cuncta sequen-  
tur:

Friuola non agimus de paruis iurgia rebus,  
Sed de præcipuis doctrine plurima Christi  
Articulis uarias mutat sententia mentes:  
Lex uetus atque recens, quam Christus fecit ha-  
beris:

Verba quæ  
sequuntur,  
sunt Nico-  
lai Galli  
in Hypo-  
thesibus  
suis.

## De concordia

Sic bona facta mouent & iustificatio litem

De Sacramentis & dando ritibus usu:

Quæ nunquam poterit rectè componere quisquam,

Cùm bona pars harum sit contradictio rerum

Impatiens eius, qui pacem ferre studebit,

Vt sunt sub spècie tibi scripta locata sequenti:

Non recipit ueteris ritus Ecclesia legis.

Et recipit ueteris ritus Ecclesia legis.

In nobis diuina facit substantia iustos,

Intra nos diuina facit nos actio iustos.

Nullum iustificat sanguis profusus Iesu,

Et, quod Paulus ait, sumus eius sanguine iusti.

Quòd bona deberent comitari facta salutem,

Quòd bona non opus est comitari facta salutem.

Vel, quod Dauidis uatis psalteria tradunt,

Nomine sunt uero felices atq; beati,

In quibus admisse stat facta remissio culpæ,

Et quorum uitæ sunt crimina tecta peractæ.

Ille uir est felix & parte beatus ab omni,

In quo peccatum Dominus non corripit unum,

Is nullum sectatur opus, neq; possidet ullum,

Sed nec habere potest, quæ profunt facta salutem.

In cœna Domini sub pane merog; recepto

Accipitur totus præsentem corpore Christus,

Seu credens populus, seu gens incredula sumat.

Rursum

## Lutheranorum.

Rursus ab aduerso, quòd spiritualiter adsit  
A populo tantum recipi credente paratus.

Hic finiant  
uerba Gal  
li.

Hæc tibi collegit secum pugnans Gallus,  
Qui si uera docet manifestum schisma fateri  
Cogeris & uarias in partes hæresin ire.

Si uerò Gallum mentitum dixeris esse,  
Ede Typographica perhibendos arte libellos,  
In quibus ostendas hic Gallum falsa docere,  
Nempe Lutheranos animis concordibus uti  
Qui foueant placidam sine mota lite quietem:

Id si præstiteris Cicerone disertior esto,  
Et tibi nomen habens populi de robore cedat,

.i. Demos  
sthenes.

ὁ πὸ τῆς

σφίγγος

νοῦ δ' ἡ-

Cedere cogantur Romani, cedere Graij,

Cedere præsentis & adhuc aliquando futuri.

ἡδ.

Sed temere speras illam Schmidline coro-

nam,

Vincula namq; premunt captum Vulcania Fa-  
brum,

Vt Veneri Martem coniunctum stricta ligabant.

Gallus enim cantans rostro prædicit aperto,

Quòd præter dictas sectarum copia restet,

Quarum pars nuper rupto prodiuit ab ouo,

Pars etiam calamis nondum scribentibus hæret.

Melanch  
thonij.

Quoq; minus dubites posset tibi dicere Gallus

Osiandri  
ni.

Non paucos alios sectat os dogma Lutheri,

## De concordia

*Adiapho* Qui tamen in numero uetuerunt esse suorum,  
*rista.* Siue Melanchthonium uenerati dogma fuissent,  
 Siue Osiandrum uoluissent dogma probare,  
 Seu minimè sacris facerent discrimina rebus.

*Catalogus* Nam Comites quibus est Mansfeltum nomen ho-  
*damnatas* nori,  
*rum sectas* Saxoniæq; Duces Germani scripta Lutheri  
*rum in lib.* Augustana sequi per singula puncta uolentes  
*Principum* Excusis libris damnant has ordine sectas,  
*Saxonia* Et comitū Non secus ac nigris inferni sedibus ortas.  
*et comitū* Inq; loco primo damnatos cerno reponi  
*Mansfels* Quos Anabaptistas consueto nomine dicunt,  
*densium.* Hinc si quos reliquos socios seruetus habeat,  
*Ponuntur* Et qui præterea Stanckaria dicta probabunt,  
*hic Iesuita* Antinomios etiam socij comitentur Iesu,  
*inter here* secus ac os Ac Osiandrimi comitesq; Melanchthonis adsint.  
*ticos, non* Cum Maioristis patitur gens illa repulsam,  
*secus ac os* Que sancto statuit nullum discrimen honori,  
*uis inter lu* Hinc condemnatus Suenckfeldius esse uideat  
*pos.* tur,  
*Alius*  
*Principiū*  
*Saxonia*  
*et comitū* Et quicumq; fuit Sacramentarius ordo.  
*Mansfels* En has à Comitum percussas fulmine sectas,  
*densium,* Quas ait illorum recipi non posse Lutherus,  
*alius Smid* Si uerò recipi Schmidline putabis easdem  
*lini Luthe* Ad sectæ numerum qui creditur esse Lutheri:  
*rus est.* Dic si non Comites, si non Amstdorffius ille,

## Lutheranorum.

Si non illyricus, Gallusq; colenda putarint,  
Quæliquit mortens post se monumenta Luthe-  
rus.

Si mihi respondes, quòd eorum secta magi-  
strum

Exprimat, ut possis uerè Germana uocari,  
Tum uos admissò cum schismate uiuere dices,  
Et non Germani sectari scripta Lutheri,  
Sed monumenta nothi minime generosa docere.

Si uerò Comites memorato nomine dictos,  
Saxoniæq; Duces complexos dogma Lutheri  
Esse negas, fingiq; putas noua scripta per illos,  
A quibus eijciant damnatas nomine sectas:  
Tunc itidem quamuis inuito dixeris ore  
Stare Lutheranam magno cum schismate sectam,  
Cum non sint Comites tecum sentire parati,  
Sin (quòd ais) cunctos concordés esse loqua-  
ris,

Illustres Comites mentiri dicis apertè,  
Saxoniæq; Duces proclamas parcere uero,  
Dum se diuersos à uobis esse fatentur.

Quare consilium si uis admittere sanum,  
Siq; tuæ fame, si uis prodesse saluti:  
Nominibusq; tuis & consule Coctor honori  
Ne toties equo dicaris iudice mendax.

Nil igitur facies in tempore sanius ipso,

**Triplex**  
Lutherus  
nempe Ger-  
manus, qui  
Germaniã  
relinquens  
in Vropiam  
profugit.  
2. Notus si-  
ue Spurius  
& illegener  
Impudèter  
Schmidlin.  
Duces Sax-  
xonie &  
Mansfeldē  
ses comites  
in simulas  
mendacij.

Herbam  
dare, est  
metaphora  
sumpta à  
certaminis  
bus. uide  
Eras. in

## De concordia

*Dare ma-* **Quam si decerptam manibus porrexeris herbam**  
*nus: est icis* **Aut ultrò tuleris uictas ad uincula palmas.**  
*dem à uis* **Nam licet esse facit te multa probatio uictum,**  
*Etis sumps* **Maior adhuc restat, quæ uictum uincere possit,**  
*ta Metas* **Scribenti siquidem uel uiua uoce docenti**  
*phora.* **Nil Osiandrimos libris pugnare Lutheri,**  
*Vuittemz* **Doctores alia moti ratione resistunt :**  
*bergen/ces.* **Ut sunt Leucoræ contenti mœnibus urbis,**  
*Doctores* **Præterea Dominis ætate minoribus usi**  
*iuniorum* **Quos tibi dilectos Vinaria seruat alumnos,**  
*dominorū* **Quosq; sibi seruat dictum de uirgine castrum,**  
*Vinarien* **Et quos ad Viadrum natos Francfordia fouit.**  
*sium.* **Hinc quicumq; studet Doctor maris accola**  
*Magdebur* **Saxo,**  
*genses.* **Siue sit Hamburgi, seu Brema, siue Lubecæ,**  
*Fransford.* **Seu Lunæburgi uiuat sub mœnibus alti:**  
*ad Viadrū* **Omnes condemnant condemnatosq; repellunt**  
*Theologi* **Qui uel habent uel amant Osiandri scripta Pro-**  
*in ciuitatis* **pheta,**  
*bus mariti* **Grande Lutheranis aduersum dogma professi.**  
*mis.* **Quare te monitum bis terq; quaterq; monemus,**  
*Hic finiūt* **Vt sapias caucasq; tibi, ne præstò sis ingens**  
*uerba scrip* **Dannorum pelagus uel abundans lerna malorum,**  
*pta in libro* **Vnde tibi uiuo non concedatur abire.**  
*principum* **Quippe docet codex Osiandri nomine Smeco-**  
*Saxonia.* **bier,**  
*Mare ma-* **Quod**  
*lorum, Le r*  
*namalo z*  
*tum*

## Lutheranorum

Quòd sua sint dictis contraria scripta magistris, Osiander  
Cum quibus & lites & semper iurgia crescant. in libro suo

Hinc Schmidline uides Osiandrum sponte cui ipse titulum fecit Smecz bier.  
fateri,

Que tu facta negas, aut possis facta negare.

Tu reliquis alijs hunc consentire uolebas,

Ipse Lutheranis se contradicere scribit.

Tu uis quòd possit dissensio nulla uideri:

Ipse tibi monstrat, quantum sententia distet,

Aut potius quantum secum contraria pugnet.

Ergo consulerem posthac Schmidline tacendum,

Ne minus humanè diro tractatus in ore

Dicaris mendax & iniqui criminis autor,

Nā mihi, que tentas, adeò miranda uidentur,

Vt portenta queant ea prodigiosa uocari,

Que si prestiteris facies ex ignibus undas,

E tenebrisq; diem media sub nocte ciebis,

Et simul arduentes extingues ignibus ignes,

Incensumq; rogam medijs seruabis in undis

Et tibi de sola funis negetur arena:

Crede mihi per te gentilia quæq; resurgent

Nascenturq; nouo per te data numina mundo.

Prouenient Satyri, quatiens sua cornua Fauni.

Herculis uxorem tumido Pan inguine poscet:

Et socios iterum Circe mutabit Ulysis.

τὸ ἀνὴρ  
πατα.

Schmidlin.  
gentilitatis  
instaurato  
tor.



## De concordia

Instaurandus erit Cytharæ partus ab ortu,  
Bellâq; Titanes modò conspicienda mouebunt.

Iam defendentur Iouis incunabula fraude,  
Saturnusq; suis pro natis saxa uorabit.

Imponent etiam sublimi Pelion Ossæ,  
E Cælisq; uolent Diuos turbare Gygantes.

Iam iam supplicium feret ob sua furta Pro-  
metheus,

Et pecus Admeti seruabit rursus Apollo.

Iunonis pellex fortunam passa malignam  
Cogetur uarios demum tolerare labores.

Iam iam diluuium perituris gentibus instat,  
Et mox Deucæleon lapides iactabit in orbem,

E quibus acre genus durumq; per omnia surgat.  
Conficiet missis Phœbus Pythona sagittis :

Concipiet Semele de fulmine mortua Bacchum,  
Qui Ioue patre satius, Ioue tanquam matre frue-

tur.

Fallet Atlantiades oculatum uersibus Ar-  
gum,

Occultoq; simul stratum caput auferet ense.

Iuppiter in pluuiam se mutaturus & aurum

In Danaës gremio pluuiam cupiente reponet.

In summa nihil est uel erit, sed nec fuit unquam,

Quòd fieri non posse putem, si tute probâris

Quòd bene cōueniant Osiandri scripta magistris,

Quos

## Lutheranorum.

Quos ego discipulos sectatos esse Lutherum  
Ex proprijs scriptis ualida ratione probaui.

Quare: si sapias: placata mente quietus,  
Res ita pugnantes secum ne iunxeris unquam,  
Si uitio nolis coniunctam ducere uitam,  
Aut cupias numeris ueracibus additus esse.

Restat adhuc unum de quo te credo monen-  
dum,

Ne fame fortasse tuæ malè prouidus obsis:  
Hoc est ut caueas, & ut ipsa pericula uites  
Dogmata Caluini scriptis sociare Lutheri,  
Aut ut conueniant medias adducere uoces,  
E quibus adductis non dissentire putentur.

Nam citius capies medijs in nubibus apros,  
Et sub aquis uolucres pascentur ab aëre cerui,  
Et prius agna lupum tutorem speret habendum,  
Accipitrem turtur, maculosum rana colubrum,  
Mus timidus selem: quàm Zuinglius atq; Luthe-  
rus

Vnanimis fiant uel possent esse uocari.

Nam tuus ut loqueris (mentiri credo loquen-  
tem)

Præceptor, Dominusq; tuus, tuus ille Lutherus  
In uarijs diuersa locis quàm plurima scribit,  
Quæ neq; Calvinus, neq; Zuinglius ipse probaret,  
Sed quæ fulminibus multis condemnat uterq;.

Zuinglius  
& Calvin.  
aduersarij  
Luthe

ra.

## De concordia

Nec tamen hoc impunè ferunt Calvinus &  
alter,

Nam pare uel potius Zelo maiore Lutherus  
Damnandos clamat, damnatos destinat igni  
Semper uicturo, qui dicitur esse gehenna.

Imò negat dignos homines, quibus ullus hono-  
rem

Deferat, aut ad quos uel epistola missa feratur.

Lutherus  
in tomo 2.  
Fol. 260. Namq; secundus habet tomus ista sequentia  
uerba,

Quæ translata meo recitando carmine dicam:  
illos ut fugiam uitandos semper, oportet,  
Tanquam damnatos prudentes atq; scientes,  
Nec mihi cum numeris illis commercia queram  
Verbo, uel factò, uel scripto deniq; misso,

Lutherus  
Suenckfeldius  
dium  
per contemp-  
tum Stenck-  
feldium uoc-  
cat. Sicut id à Domino præceptum scimus haberi.  
Hinc ego nil curo, seu sit Stenckfeldius ille  
Nomine dicendus, seu Zuinglius esse uocetur:

Nam sunt eiusdem cuncti fermenta farinæ,  
Credere qui nolunt præsentem corpore Christum  
In cœna Domini cum naturalibus esse,  
Quod malus, & iudas porrectum percipit æquè,  
Ac Petrus aut alij, qui sunt ex ordine sancti.

Hoc repetens inquam, quòd quisquis credere  
non uult,

Abstia

## Lutheranorum.

Abstineat dictis uel scriptis uocibus ad me,  
Nec se posse mea speret consuescere uita,  
Nam sua sperando frustra data tempora perdet.

Ista Lutherus ait, quorum meminisse decebit,  
Atq; recordari, ne tempore forsitan ullo  
Tu te precipitans quasi persuadere labores,  
Quòd benè conueniant, quòd idem per cuncta pro  
fessi

Dogma colant sectamq; simul uenerentur eandem  
Vndiq; constantes sibi Zuinglius atq; Lutherus.

Id si quis tacito secum sub pectore uoluat  
(Absit ut à quoquam manifesta uoce feratur)  
Is nebulo fuerit nigro carbone notandus,  
Ut Faber è fumis sursum tendentibus ater,  
Peruersus, falsus, totus malus atq; dolosus,  
Fraudis amans, cupidusq; mali, temerarius, audax,  
Et qui cuncta simul scelera & mendacia nouit.

Nam quid nò ausit, qui talia tentat & audet?  
Quid non conetur? qui talia nititur amplius  
Perfidie uerbis mendacia uendere plebi.

Dic Schmidline mihi (nam tute magister in istis  
Artibus incudi periuria sepius aptas)  
Si magis absurdè mendacem uideris usquam?  
Non uidisse scio, speculo nisi forsitan usus  
Vidisti propriam facta sub imagine formam.

Iam superest tandem posito mihi questio casu,

Quam

## De concordia

Quammodò propositam de te Schmidline rogabo.

Quid si fortè petat non uisam scurra Tybiu-  
gan,

Et te præpositum uerbis compellet ibidem  
Persuadere uolens, quod flamma, uel ignis & unda

Inter se minimè ueluti contraria pugnent:

Aut si meridiem noctem uelit esse putandum,

Obsecro quid faceres? an scurræ credere posses?

An uerò Cathedra conscensa dicere uelles

Hunc talem scurram flagris & carcere dignum?

Videtur  
Michaël  
Toxites  
nos. vii.

Sed scio quid faceres, fugientem pellere uir-  
gis,

Ac ignominie signis ornare studeris.

Quarè si nolis absurdè falsus haberi,

Aut uibice data nolis tua terga notari,

Dicere ne tenta, quod Zuinglius atq; Lutherus

Vnum dogma colunt: quoniam diuersa fuerunt.

Et secum prorsus contraria multa professi,

Vt, quæ subijcio, testantur uerba Lutheri.

Nil miseris (inquit) suermeris proderit un-  
quam

De Sacramento ludos facientibus omnes,

Plurima nugando, quòd sumptum corpus lesu

Et Christi sanguis sit spiritualis ubiq;

Vt sic coniunctos Christi dilectio seruet.

Ne quicquam prodest, quòd credunt atq; fa-  
tentur

Esse

## Lutheranorum.

Esse patrem sanctoq; simul cum Pneumate natum,  
Esse Deum Christum, qui nos à morte redemit:

Hæc repetens inquam, nihil illis omnia pro  
sunt,

Cùm Sacramenti sanctum corrumpere sensum  
Ex malè detortis Christi sermonibus ausint.

Christus enim dicit comedendum sumite panem,  
Sumite nanq; meum corpus, quod sumitis hoc est.

Hæc de Suermeris testantur scripta Lutheri,  
Vnde satis planè facta ratione uidebis,  
Quòd minimè possint coniunctum ponere fœdus  
Zuinglius atq; tua præceptor in arte Lutherus.

Ergo dispiciens falsis discernito uerum,  
Et meliora sequens discordes esse Lutheri  
Discipulos mecum per publica scripta fatère,  
Sic erit, ut latè uitij hinc inde fugatis,  
Cyclopumq; simul uitam moresq; relinquens  
Incipias sensim ueris assuescere rebus,  
Froq; Deo uero uerum cognoscere Christum,  
Quem nondum iusto præsentem numine credis,  
Sed uelut obscura conspectum cernis in umbra.  
Sin tuus est animus claræ manifesta diei  
Lumina noctis amans uitam uitare per omnem,  
In tenebris habita, tenebras tibi posce futuras,  
Inq; tuis semper Göppingæ mœnibus hærens

Nota mys-  
terium sil-  
labæ dis-  
sæ-  
pius repe-  
tita.

Triste

## De concordia

*Triste ser augurium ferali carmine Bubo.*

*Namq; mihi satis est quod te Knöringus &  
omnes*

*Turpiter aspiciant infami crimine uictum.*

*In hac Satyra nil peccatum est, nisi quod in Cas-  
ternione B. fol primopro beano debes bein-  
do legere, & in Cateruione C. Folio tertio,  
pro dictione Coctor debes legere Doctor,  
nisi uelis, bone lector, his titulis Schmidli-  
num dignum putare.*

**Sequentem Satyram, dignã  
censeo quæ typis committatur,  
Augustinus Hun-  
næus.**

**ALIA**

ALIA SATYRA  
EX EO NATA, QVOD LV-  
THERVS IN PRAEFATIONE LI-  
bri Syngrammatum ait: *Mundus uult  
& debet falli.*

AD REVERENDVM ET CLAS-  
sissimum Virum Dominum D. Gasparum Phrasiz-  
um Monasterij Vucichenstehpen Abbatem dignis-  
simum, &c. Dominum & Patros  
num colendum.

**C**VM tibi, quàm multis alijs, sapientia  
maior,  
Et diuina tuo sede at sub pectore uir-  
tus:

Dic Reuerende pater (quoniam doctissimus ipse)  
Cur uelit hereticae sectatrix turba Cateruae,  
Christi colis aliud nil credere posse licere:  
Quàm quod ab expressis testetur littera uerbis.  
Sæpius è sacris rationem posco libellis,  
Sæpius ad ueterum patrum monumenta recurro:  
Sed nihil efficio, nusquam loca talia cerno,  
Nusquam conspicio, quæ possunt ista docere,  
Aut aliqua saltem ratione docere uideri.  
Et tamen in toto nouissimus orbe Lutherus:

Cum



## Mundus.

Cum sacra Missarum non esse ferenda putaret:  
Inq; locis nimium communibus ille Melancthon,  
Expressis uoluit credi tantummodò uerbis,  
Quæ Moses populo uel Christus scripta reliquit,  
Hoc: quasi non ullo foret expugnabile pacto:  
Proposito pulsus defendunt omnia ueris.  
Hinc ut Concilijs nolint parere secutum est,  
Atq; Academijs patrumq; statuta relinquunt.  
Hac etiam moti quidam ratione negarunt,  
Tingendos pueros sacra baptismatis unda.  
Hinc non esse Deum triplici sub imagine dicunt:  
Inq; Sacramento presentem corpore Christum  
Non solum (ueluti fas est) ceu numen adorant:  
Sed manibus pedibusq; terunt, ridentq; profanis  
Turpiter hæretici sua per conuicia uerbis.  
O bone Christe Deus, qui summi patris imago  
Humano generi uia, lux & uita fuisti:  
Non satis est, quòd tu post mille pericula uitæ  
Passus es algores immensos, atq; calores,  
Et quæcunq; pati mortalia corda solebant:  
Restabântne tibi quæ Thracius ille Tyrannus,  
Arrius atq; alij (quorum pars magna Lutherus)  
Hæretici fingunt certas ad crimina pœnas?  
Cur tamen has urgent, ceu sint oracula, uoces?  
Cur aliud nobis nil credere posse licere,  
Quàm, quòd in expresso testatur biblia, clamant?  
At neq;

## Deceptus.

At neq; quas urgent uoces, sacra pagina mandat,  
Vel (si nil aliud profitetur secta Lutheri,  
Quam quòd Apostolica præscribitur ordine factum)

Dicat ubi scriptum factumq; legatur ab ullo  
Christi discipulo uel sectatore fideli:  
Ut data uota Deo pro uirginitatis honore  
Rumperet, & traheret turpem sub coniuge uitam?

Dicat ubi duo, uel tria Sacramenta legantur?  
Dicat ubi legum Doctores esse creandos  
Legerit, & titulo donandos esse Magistros?  
Scilicet hæc nusquam, peruerse Luthere, uidebis:  
Sed quasi Matthæus contraria scripta reliquit. *Matth. 23*

Tu tamen ipse creas Doctores atq; Magistros,  
Et duo constituis tibi Sacramenta, sed à te  
Præceptore tui iam deflexere ministri:  
Sunt quibus est unū, sunt qui tria, quinque uel octo,  
Tempore fortè breui posituri plura: fingant,  
Dic ubi nam bis sex diuisos ordine cernes  
Articulos fidei, sectosq; in membra libellos:

Quos capitum titulo nos appellare solemus.  
Nil horum inuenies, neq; demonstraueris usquam:  
Vnde sit, ut proprio iugulari turpiter ense  
Heretici debent uerum, quod dico fateri:  
Sed neq; quas urgent uoces ostendere possunt

## Mundus

Prorsus Apostolica sub traditione teneri.

Sed bene, quantumuis, mendax foret, ipse Lutherus

*Sunt uersus* Tradidit in libro, cui dant  $\sigma\upsilon\nu\gamma\gamma\acute{\alpha}\mu\mu\alpha\tau\alpha$  nomē:

*ba Lutheri* Nullo concilio, nulla ratione uel usu,

*ri uersu* Et nullis studijs à quoquam posse caueri,

*reddita.* Quin uelit & falli spatiosus debeat orbis.

Dispeream si non hic dicat uera Lutherus:

Nam nisi se falli mundus gauderet ab illo,

Crederet plus aliquid sese debere uideret,

Quam quòd in expressis testentur biblia uerbis.

Discipulis etenim Christus presentibus inquit,

Plurima quod posthac illis dicenda supersint,

Sed que ferre simul non uno tempore possent.

Christus item dixit: si quos Ecclesia ritus

Seruandos dederit populo debere probari:

Quiq; probare neget, quod ut Ethnicus esse seruetur

Quid? quod Ioannes manifesta uoce fatetur,

Quod non sufficiat totius machina mundi,

Si scribenda forent, que Christus facta peregit.

Hæc cum uera sonent sacris è fontibus hausta,

Vix decimus recipit: sed amantur scripta Lutheri,

Hereticusq; bono turpis pro uate fouetur:

Eius facta probant, laudant, uenerantur, adorant,

Eius scripta colunt, sed Christi dicta repellunt,

Et

## Deceptus.

Et quocunq; modoritus ecclesia seruat.  
Ergo satis constat, quòd falli debeat orbis,  
Et uelit à nostro sic uaticinante Luthero.  
Ni cuperet mundus mala per mendacia duci:  
Conspiceret quoties, & quanta pericula passus  
Propter eum casus multos & damna subiuit:  
Conspiceret quoties horrentia prælia mouit,  
Conspiceret per eum uillas, sed & ignibus urbes,  
Vestales incestatas, euer saq; templa  
Funditus & fusas extinctis legibus aras:  
Et tamen in Domino mundus nil tale Luthero  
Observare potest: dictorum discite causam:  
Fallitur & mundus falli desiderat ultrò.  
Quid suades igitur? falli monuisse uolentem  
Vlterius pergens uoces & tempora perdam?  
Non ais: at ualeant Epicuri de grege porci.

FINIS.

ΑΠΟΣΤΟΦΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΩΝ

AD REVEREN  
DVM, NOBILEM DO-  
CTISSIMVMQVE ET CLA-  
RISSIMVM VIRVM AC DOMINVM,  
D. Ioannem Egloff à Knöringen, Cathedralium  
Ecclesiarum, Augustanae Custodem, & Herbipo-  
lensis Scholasticum: Carmine Heroico scripta, cum  
28. Octobris die, anno 67. ipse sacerdos sacris  
suis initium faceret, siue, ut iam lo-  
quuntur, primitias cele-  
braret.

AUTHORE

HANNARDO GAMERIO Græcarum  
literarum Professore, Poëta Laureato, &c.

S ilicet & fas est magnorum gesta uiro-  
rum  
S ingenijq; boni uires & dona referre:  
Non inconueniens ulli fecisse uidebor,  
Si memor existens suscepti muneris author  
Te, Knöringe, mihi sumam, patrone, canendum,  
Virtutumq; simul præconia magna tuarum  
Incipiam scriptis totum uulgare per orbem.  
Sed quid tento miser? cur, qui celeberrimus

EXTAS,

Nostris

Nostri seruitium uersus tam uile subires?

Cur tu, qui proprijs cælum uirtutibus imples,

Maximus exiguae sub Musæ iura uenires?

Virtutum numerus, meriti me gloria terret,

Copia propositis à rerum sinibus arcet,

Et tua me grauitas cum maiestate repellit:

Sed tamen illa, tibi quæ semper candida mens est,

Et sine criminibus tua uita peracta pudicè,

Quæq; fuit doctæ semper facundia linguae

Et plures aliæ sub amando pectore dotes,

Sponte mihi uires & fortia corda ministrant,

Inuitosq; meos digitos ad carmina cogunt.

Vnde tamen ueniat dicendi carminis ordo?

Quando principij nostris exordia rebus,

Aut quando uideam factum post carmina finem?

Nam, si principium faciendis uersibus addo,

Morè uiatoris, qui quâ sit nescit eundem,

Consisto dubius partes conuersus in omnes,

Per quas digna mihi scripturo surgat origo.

Tanta mihi laudis celebrandæ copia restat:

At si principium dicendis uersibus adsit,

Nullus finis erit mihi dicere cuncta uolenti,

Sed tua laus magni libros superabit Homeri,

Et me materies clauso Minois ab horto

Flexibus ambiguis nunquam patietur abire.

Si genus & proau, si gentis imago uetustæ

Labyrinthus.

Si tua nobilitas & auorum signa tuorum  
 Discutienda forent, non uis suffecerit ulla,  
 Nec solus possim tanto satis esse labori.

Si patris matrisq; tuae genus ordine dicam,  
 Et quibus hoc decorant multis uirtutibus aucti:  
 Non, quamuis centum nostro sint ora palato,  
 Vocibus aut centum si ferrea lingua praesset,  
 Non (inquam) numerare uelim, quia tempus &  
 horae

Nestoris, aut longos irent Phoenicis in annos.

*E squilla  
 non nascitur  
 rosa.*

Tu quoq; (nā proles respondet saepe parenti,  
 Nec rosa de squillis consuevit nata uideri)  
 Es bonus atq; pius, similisq; parentibus heres  
 Degeneres animos nequaquam ferre uideris,  
 Sed uir ad aequales illis contendere metas.

Non mea fert aetas, neq; tot sum natus ab annis,  
 Ut te de puero mihi noto scribere possim,  
 Aut ut te iuuenem liceat nouisse fateri:  
 Sed mihi saepe loqui ueneranda senecta solebat,  
 Quod benefacta magis, quam turpiter acta co-  
 lebas,

Quod puer & iuuenis studijs intentus honestis  
 Prae reliquis alijs excellens usq; uigebas.

Est uis ingenio, quod cura laborq; fatigant,  
 Est tibi iudicium sapienti pectore dignum,  
 Et, plus, quam satis est, rebus mens dedit a sacris.

Hinc

Hinc Augustana præsul Romanus in urbe,  
 Præsul OTHO nostri decus & laus optima secli  
 Non temerè dicto Knöringi nomine gaudet.

Dux quoq; Boiorum Germanæ gloria terra  
 Maximus Albertus ueræ pietatis amator  
 Te colit & magni ueneratur principis instar.

Tu populi uultus in te conuertis & ora,  
 Exemploq; tuæ pietatis quisq; mouetur.  
 Hinc pius ille Baro, pius & bonus ille Gebhardus,  
 Et collega tuus tibi grata mente sacerdos  
 (A quo Præsul OTHO patruus quandoq; uocatur)

Non temerè socio tibi se coniungit amicum,  
 Sic tu non alij temerè commercia querunt,  
 Qui comites lateri claudendo semper adherent.

Namquid in te summum pietatis amorem,  
 Diuinumq; tuis succedere mentibus ignem:  
 Qui uelut nunquam tectus latuisse feretur,  
 Sic quoq; nunc flammis ardet uehementer apertis:  
 Dum memor officij sacras promotus ad aras  
 Ipse sacerdotis suscepto munere fungens,  
 Primitias celebrans, peragens mysteria mystes  
 Syncerum Christi te præbes esse ministrum.

Hoc Knöringe pater canonè seruare uocatur,  
 Hoc fuerit canonum titulis & nomine dignum,  
 Hoc etiam dico Reuerendum posse uocari,



Hoc est esse patrem per Christi numen habendum.

Ab quis honorandum te non ueneretur ameturque?

Te non suspiciat? te non desideret ulterò?

Te non miretur? te non dignetur honore?

Qui cum delicias & mundi gaudia spernis:

In celo fructus dandos & præmia quæris.

Non tempestatis te multa pericula terrent,

Non te mouerunt hoc natæ tempore sectæ,

E quibus arreptis, omni pietate relicta,

Cum magno numero subito nascuntur & adsunt,

Qui fidei ueræ minitantur bella, tyranni,

Romanosq; malo commendant nomine cultus.

Obsecro, quandoquidem uitare pericula posses,

Et uacuum cor habere metu, cur, obsecro, mauiis

Cum paucis alijs totus contemptus haberi,

Quàm multis hominum stipatus millibus ires

A populo magnos acceptaturus honores:

Quippe cupis totum percuncta relinquere mundum,

Factaq; sectari pedibus uestigia Christi,

Vt tibi cum sanctis in celo gloria detur.

Hæc igitur laudum sint ultima dicta tuarum,

Quæ superant omnes longe dignissima laudes.

ARGVMENTA, QVAE INTER LVTHERANOS SPARSA FALSE ET  
malè Vuolfgangus Martius Hannardo tribue-  
bat, de uerbo ad uerbum translata sic  
se habent.

**D**AEMON sedebat braccam cum reſte  
ſuebat,  
Si non eſt pulchra, tamen eſt conne-  
xio firma.

O dignum  
Lutheras  
no principis  
pium.

Scilicet: ut hic poëta Laureatus argumenta-  
tur.

Inter illos, qui Papatum & Antichriſti dete-  
ſtantur regnum, orta ſunt ſectæ.

Ergo Lutheri doctrina eſt falſa, & Lutherus  
docet inter ſe pugnantia.

ITEM.

Lutherus aliter docuit cùm fuit addiſtus Pa-  
patui, quàm cùm illuminatus Euangelica luce, uer-  
bum Dei purè & ſyncerè docere incepit.

Ergò Lutherus in ſcriptis ſuis eſt ſibi ipſi con-  
trarius.

ITEM.

## Argumenta

Nota Wolf D. Iacobus Andreæ scribit inter Lutheranos  
meritum nullam esse discordiam aut dissensionem de articu-  
noac unum lo uel fidei uel Augustanæ Confessionis.  
tantum si Ergo Lutherani sparserunt falsa dogmata et  
dei articus sunt hæretici, Pestes & lerna omnium malorum.  
lum pone.  
re.

### ITEM.

Lutherus scribit mundum uelle decipi. Ergo  
Lutherus decepit mundum.

His fallacijs & cornutis rationibus Vuolfgangi mei præmissis, uolui meos ego syllogismos  
firmis nixos argumentis suisq; modis, figuris  
apte benè & uerè respondentes subiicere & oppo-  
nere: ut æquus & candidus lector melius de carmi-  
ne sequenti iudicet, atq; ipsum melius intelligat sen-  
tiatq;, quàm in peruertendis rationibus noui isti  
Euangelijsectatores multum possunt: Erant autem  
hæc mea argumenta.

Apud illos, qui Romanã & Apostolicã oppug-  
nant Ecclesiam, nõ est uniuersalitas, antiquitas uel  
consensio.

Ergo Lutheri doctrina est falsa, & Lutherus  
docet inter se pugnantia: & per cõsequens Luthe-  
rani sunt hæretici, pestes & lerna omnium malorum.

### ITEM.

Lutherus iam hæresi propagandæ addictus,  
post abnegatam ueram Ecclesiæ Catholicæ fidem  
multa

## Hannardi.

multa cartis & libris mandauit è diametro secum  
pugnantia.

Ergo Lutherus in scriptis suis est sibi ipsi con-  
trarius.

## ITEM.

Iacobus Andreae Schmidlinus scribit inter Lu-  
theranos nullam esse discordiam aut dissensionem  
de articulo ullo uel fidei uel Augustanae Confessio-  
nis.

Ergo Iacobus Andreae Schmidlinus pro falso  
habendus, & meritò est arguendus mendacij.

## ITEM.

Si mundum uelle & debere falli uerum  
est, Lutherus, scribendo mundum uelle & debere  
falli, uerum scripsit:

Nam nisi se falli mundus gauderet ab illo,

Credere plus aliquid sese debere uideret,

Quàm quòd in expressis testantur biblia uer-  
bis.

Hæc mea erant argumenta, quæ ille subdolè  
suis mendacijs & fallacijs peruersissimus Syco-  
phanta subuertit, & pro meis in populum sparsit.

Ita sanctè testor & affirmo Hannardus Ga-  
merius.

SPON-

SPONGIA APO-  
LOGETICA M. HANNAR  
di Gamerij Mosci.

ADVERSUS IMPIAS ET IN-  
eptas Vuslffgangi Martij priuati Augusta ludima-  
gij tri pro Schmidlini defensione  
asperges.

**A**T tibi, quid mecum est, ludi priuate  
magister  
Desperati animi, deplorat eq; salutis:  
Qui malus et uitæ cunctis malè per-  
ditus annis

Spargere scripta meis contraria uersibus audes?

Quid uerò solitum uanis mendacia dictis

Vendere? quid cogit Samios ediscere mores?

*Samij mo-  
res.*

In fontemq; uirum falsis incessere probris,

*Falsum  
probrum.*

Et famam toties sparsis proscindere cartis?

An decus hinc aliquod uel habendum queris  
honorem,

Si priuata mecum ledunt conuitia nomen

An tu propterea magnus uis esse uocari

Quòd quasi de uictis priuatos inter amicos

Multa domi iactas, et dicis multa superbe:

Cum tamen interea nil, præter monstra, sequatur.

Et que

Vuolfmertz.

Et quæ te uoces hominem testantur ineptum Cornutus  
 Cornutas uerbis rationes semper agentem? Syllogis-  
 Nam quis tam stolidas habeat Bœoticus aures? mus.  
 Quis tam crassus erit? qui non obseruat & audit Bœotica  
 Te Samios Chiosq; sequi? cui falsa loquenti auris.  
 Gomerij famam dictis uiolare nefandis, Cbius.  
 Et iuuat infonti fœdas aspergere labe,  
 Quas tamen inductas pulchrè mea spongia tollet.  
 Intereâ non miror ego de talibus ausis  
 Quòd norim pullos lætos serpentibus uti,  
 Non secus ac mater serpente ciconia gaudet: Natura se  
 Tu quoq; cum dominum seclêris ubiq; Lutherum, quitur semi  
 Quid mirum fuerit curantem iussa magistri na quisq;  
 Te quoq; falsidicum similes intendere fraudes? sua.  
 Nectentemq; dolos odio ueracibus esse.  
 Quem (nisi sit mendax) laudabit nemo sodalem.  
 Nam: qui non habiturus eris post funera lau- Non est  
 dem: laudandus  
 Quomodo tu iussu Ferinandi Cæsaris exul ne in paren  
 Obtineas uiuus non dande præmia laudis? talibus qui  
 Exiliùmne dato tibi nomen honore parabit? dem.  
 Quod neq; uel Cæsar, uel sanctus in urbe Senatus,  
 Sed utæ uatio tibi tu Vuolfgange tulisti.  
 O quàm nequitia uerbo confidis & arti,  
 Quàm tibi bullatis rurgescunt omnia nugis, Bullato  
 Cuius ab exilio pendere uidentur honores, nuga.

Dic

## Spongia Han. Contra

Dic tamen ò planè diuini Cæsaris exul,  
Dic age scurræ in uitijs obnoxie multis,  
An tua me uictum manifestè gloria dicat?  
Sime sub pedibus prostratum conspicias hostem,  
Quid uetat & iustam factis inscribere causam?  
Ut de me uicto non unus & alter amicus  
Prædo Euangelicus sed totus iudicet orbis.

Nam quod agis priuatus agis, priuatus es ho-  
stis,

Rodere famam. Explicat planè uim & significati-  
onem uocabuli Sannio-  
nis.  
Non nisi priuatis absentem rodere cartis  
Ausus es, & multis conuitia dicere sannis,  
A quibus in populo mereâris Sannio dici  
Moribus aspectu uultuq; & pectore stultus.  
Et tamen è multis uis solus dignus haberi,  
Qui mea Schmidlinum uexantis carmina uincas,  
Qui mea scripta tuis posses conuellere nugis:  
At pare si libeat mecum certare palestra,  
Fac ut agas, quod ago: qui publicus auctor, &  
idem

Argumenta suis tribuens syncera figuris  
Prælia cum uestris committo publica sectis  
Semper adhuc uictor pugna non uictus in ulla.

Hinc me a me titulis clarum facit inelyta uirtus,

Uolfs-  
merit-  
infamis.  
Cum tua te damnent uitiose crimina uite:  
Hinc quoq; me duplici decorauit numine Cæsar,  
Sed te priuatum famosa labe notauit:

## Vuolfmertz.

Hinc quoq; (si nescis) circū mea tempora uictrix

Est mihi uictori contrā uos tradita laurus:

E cuius folijs nullum uiolabitur à te,

Quamlibet inuidia rumpāris & omnia tentans

Sis mecum clypeo certare paratus & hasta.

Cum has

sta. cum

scuto.

Nam quos insidijs ictus præ tendis & adfers,

Artibus auertam gladioq; fideliter usus

Comminuam cerebrum tibi per mea tela cadenti

Ostensura tuas alijs in carmine fraudes,

Per quas scripta uelis frustra defensa Lutheri

Inter se uarijs adeò pugnantia formis,

Vt dici nequeant uero concordia sensu.

Hinc ego scripturus uestræ contraria sectæ

Ordine Schmidlini mendacis uerba notauī,

Vide uers

In quibus ostentat concordēs esse per omnes

ba Schmid

Articulos fidei, qui præceptore Luthero

lini Carmi

Schismatici facti uesanum dogma sequuntur.

ni de cons

Sic Schmidlinus ait, sed quàm tamen omnia

cordia Lu

bellè,

theranorū

præfixa.

Carmina de uestro consensu scripta docebant,

Materiamq; rei testata fideliter omnem

Talia dicentes mentiri cuncta probabant.

Argumen

Materiam siquidem scribendi carminis edo,

tū carminis

Dum quæ Schmidlinus mendaci fudit ab ore

de Concord

Verba cito ponoq; suas in carmine uoces,

dia Luth

Ne de. ranorū



## Spongia Han. Contra

*in eo uersa* Ne deprauato me dicat scribere sensu,  
*tur. quo pro* Aut aliò uerbis sensum torque ntibus uti:  
*bet Schmid* Id quòd nec facio nec sum facturus in ullis  
*linum Lus* Ut tu fecisti bipedum nequissime, scriptis.  
*theranos*  
*concordes* Carmina nostra docent Schmidlinum dicere  
*esse scriben* falsa,

*do, mentiri* Qui nec discipulos discordes esse Lutheri  
*et more suo* Nec de præcipuis fidei contendere membris,  
*falsa seris* Sed dicit placidam concordies ducere uitam.  
*bere.*

*Lutherus* Post hæc subijcio scribentis uerba magistri,  
*Schmidlino* In quibus omninò secum pugnantia tradit  
*contradi* De Cœna Domini uariam testantia mentem.  
*cit.*

*Amsdorf* Post hunc ipse sibi constans Amsdorffius astat.  
*fius Smid* Cuius iudicio damnatus Brentius ardet  
*lino contra* Cum multis alijs qui uel discrimine nullo  
*dicit, et pro* Omnia sacra colunt, uel qui diuersa sequentes,  
*bat Luthe* Voce tamen non re se fidos esse Lutheri  
*ranos inter* Discipulos iactant. Et dicunt esse magistrum,  
*se dissentis* Quem sibi propositum uenerentur in omnibus  
*re.*

unum:

Hi tamen à ueris quantum rationibus absint,  
Et quantum inter se pugnantia dogmata tradant,  
Non ego sed monstrat uerbis Amsdorffius aptis.

*Nic. Gal* Inde uenit Gallus, qui seuum cantor adl-  
*lus Smid* strum  
*no contra* Cœcurire solet, non esse aliquando futurum  
*cicis.*

Vt

## Vuolfmertz.

Vt bene conueniant Martini dogma sequentes,  
Dum pleriq; data scribunt contraria sectæ,  
Dum socij, tanquam sint hostes, prælia miscent.  
Hinc Comitum, quibus est Mansfeltum no-

men honori,  
Saxoniamq; ducum damnantia uerba Lutheri  
Discipulos multos ex ordine scripta locant:  
In quibus ostendunt comitesq; ducesq; citati,  
Quanta Lutherana sit contradictio sectæ.  
Postremò doceo, quòd Zuinglius atq; Lutherus  
Nequaquam possunt concordare esse uocari:  
Vnde probo falsis Schmidlinum uocibus usum,  
Qui uelit Helueticum uatem simul atq; Lutherum,  
Hereticos scriptis non dissentire libellis.

En tibi materiam totius in ordine libri,  
Qui meus hereticis uobis contrarius extat,  
Demonstrans digito Schmidlinum falsa locutum,  
Schisma Lutheranis ullum non esse docendo.  
Nam licet ex iustis ratio collecta figuris  
Tanquam uera fidem constanti lege meretur,  
Plus tamen illa ualet, quæ demonstrata uideri  
Externis oculis res perfectissima possit.

Et quid lucidius? quid posset clarius esse,  
Quàm quæ Schmidlinus cyclosum more nefan-  
dus  
Perfidie pleno mendacia fudit ab ore?

**E** Quod sus est.

Principes  
Saxonie  
& Comites  
Mansfelden-  
ses Schmid-  
linus contra  
dicunt.  
Zuinglius  
& Lutherus  
concordari non possunt: quos  
tamen consue-  
uere  
Schmidlinus  
docere  
ausus est.  
Hactenus  
breuiter re-  
censuit eos-  
rum nomi-  
na & sensen-  
tiam quor-  
um autori-  
tate contra  
Schmidlinum  
concordiam  
Lutherano-  
rum docen-  
tem in suis  
uersibus us-

Spongia Han. Contra

Quod Schmidlinus ait, negat hoc pater ipse Lutherus,

Hoc negat Illyricus, nec non Amsdorffius una cum socio Gallo: qui conseruata Lutheri

Vide Luz Stercora ceu magnum Theſaurum ſola reponit  
theri Ana Aut ut reſſiquias ad puluimaria tranſfert  
zoniã carz Iſtas eſſe uolens ſua propter numina ſordes.  
mine elegã Hinc Comites, quorũ paret Manſeltia legi,  
ti ſcriptam Saxoniamq; duces per publica ſcripta fatentur

Et myſteri Eſſe Lutheranos in partes undiq; ſciſſos,  
is pleniffi Et pariter uarios uariẽ diuerſa tueri:  
mam, De quibus impatiens componere bella uolentis

Aeternam moueat pars aduerſaria litem.

Cum res hæc ea ſit quam poſſit nemo fouere,  
Queq; patrociniũ non promereatur habendũ,  
Vt pote plana magis, quam quæ planiſſima fertur.

Talpa loz Quomodo Talpa loquax: Aefopi tritor inepte  
quax. Auſus es aduerſis conuitia dicere Muſis,

Vuolfz Carminibusq; ſimul feſtas opponere nugæ  
meroz Ac Quas neget ex actis uiſendas Leno referre.

fopũ nonz Namq; tuam replet diuerſa calumnia cartam,  
dum griuit Non niſi mendacis dependens uocis ab uſu:

Nugæ Vnde putet merito pellem roſiſſe caninam  
Theatri.

Pellem Ca Si maledictorum numero certare laborem.  
nina rodẽz Tunc etenim iuſtis ſoleo rationibus uti,

rc. Quando Lutherani ſua per conuitia pergunt

Splena

Vuolfmertz.

Splendida non cautæ mendacia uendere plebi:

Vt sic religio possit Romana probari,

Vestraq; damnandæ uideantur crimina sectæ.

Tu siquidem calamos in me dum stringis ac-  
cutos,

Te uincis, uictumq; tuo te traicis ense,

Et pariter scelerum sis proditor ipse tuorum

In scriptis animum testatus ubiq; malignum.

Dic agè, sed uerè (dicto cessante Lutheri)

An tua de scriptis sit mens sibi conscia rectè,

In quibus absurdum me dicis quærere finem,

Atq; modis sensum falsis excludere uerum.

Ista quidem scribis, Sed quid scripsisse iuuu-  
bit?

Si nihil addideris, quo rem sic esse probetur,

Quòue docere queas falsam me neçtere causam:

Que sit uix habitura locum, si proxima iustis,

Aut etiam ueris, tanquam sit uera, locetur.

Debebas igitur uestigia nostra secutus

Ad libri partes & uerba citanda uenire:

In quibus absurdis (ut ais) rationibus usus

Contrà legitimam formam peccare uideres:

Quod cum non faceres (quoniam labor esset ina-

nis

Dum mea respondent iustis uerissima formis)

Protinus hæreticis solum commune petisti,

Verisimile  
nihil proba-  
bat.

Refugiū  
tribunal  
Hæretico-  
rum est in  
arce conui-  
tiorum.

# Spongia Han. Contra

Teq; Lutheranis docuisti moribus esse,  
Instar equi, morsu spumantia frena terentem:  
Hoc est, ingenio Dominum referente Luthero

rum  
Præditus es magnas ardens prolapsus in iras,

Vxorisq; simul furijs crudeliter actus

Ad maledicta tuæ uenisti propria genti,

Conuitia Nunc me pontificis proclamans esse ministrum,

Vuolfgan: Nunc mihi deberi sociorum nomen Iesu,

gi Martij Nunc (quasi demonibus sim præceptoribus usus)

in Hannar dum dicta Carmina cum lauro magicas quæ sita per artes.

(ut ille putat) acerz Hæc fero dicta libens his plura ferre para-

tus.

tus:  
Dum quæ uera sonant magno ducantur honori,

Dum, quæ falsa iacis, uitio dictæria uertam

Non mihi: qui ueris contentus falsa relinquo:

Sed pariter domuiq; tuæ domuiq; tuorum,

Et tibi, qui dominum sectaris scurra Lutherum.

Responsio Principio Roma supremus in urbe sacerdos

ad Cenuis Petri successor Christi; uicarius unus

tia. Dignus ab officio sanctissimus esse uocari,

Vicariatus Est mihi pro domino cum maiestate colendus

Christi Nō secus ac Petrus mihi præsto superstes adesset:

Petri prius Vnde nec indignor me Christi uiuere seruum,

matius. Nec Papæ Domino gratum detracto laborem.

Quod uerò tribuis socium mihi nomen Iesu,

ingeni

## Vuolfmertz.

Ingentes habeo posito pro nomine grates,  
Quo me (qui socia cum coniuge uiuo maritus)  
Es præter meritum tanto dignatus honore:  
Vt tibi debuerim sub eorum nomine poni,  
Quos doctos sanctosq; uiros agnosco probosq;  
Ipse minus doctus, minus illo nomine dignus  
Quod tribus sanctis è religione solebat.

Iam quæ demonibus quasi carmina doctama  
gistris

Esse refers, ignota refers, quia præside Christo  
Et dictante Deo mea carmina scripta leguntur,  
Tunc sine fine Deum commendatura supremum,  
Quando Lutheranis cum sectatoribus omne  
Sedibus infernis commissum dogma peribit.  
Vt modo præteream, quod per tua scripta note-  
tur

Imperij Rector uiuens hoc tempore Cæsar.  
Vt reliquas itidem, quas fraudes nectis, omittam,  
Hoc ego de multis unum Vuolfgange rogabo,  
Cur tribuas alijs ea, quæ tibi propria cedunt,  
Et quibus addictam uitij geris, improbe, men-  
tem.

In carta modica pro demone multa locutus  
Nos uis è numero sociorum demonis esse:  
Cum tamen ille tibi longè notissimus extet  
Vtpote conuictor, socius, Riualis & hospes.

Diabolus  
Vuolfgangs  
go familiae  
ris & Riis  
ualis.

Spongia Han. Contra  
Constat enim quòd te foueat patronus ami-  
cum

Dum tibi conductas dæmon sibi uendicet ædes,  
Vxoremq; tuam propriam se dicat habere,  
Qua ueluti socia coniux uxore fruatur:  
Id quod & ipsa solet magno clamore fateri,  
Dæmona se uerum, non te nouisse maritum.  
Si tamen ille tuas nolentis possidet ædes,  
Si non sponte tua permittas coniugis usum:  
Esse fidem uestram ueram puramq; probato,  
Qua tua dæmonio coniux onerata leuetur.

Hoc si non facias, debes Vuolffgange fateri,  
Quòd tibi sit dæmon gratus rualis & hospes:  
Aut quòd uestra fides non tradant dogmata ue-  
ram,  
Que de spiritibus minimum non cogat abire.  
Nam que uestra fides Christum prætendit Iesum,  
Ac Euangelico se clarum lumine iactat,  
Non ideò debet tanquam diuina probari:  
Sed magis hoc fuerit præsentim mente uidendum,  
An non ista fides possit falsissima dici  
Que neq; stat concors, neq; per miracula crescit,  
Nec dilecta bonæ pietatis amore fouetur:  
Sed querit uarias sua per mendacia partes.  
Talis uestra fides monacho patre nata Luthero

Vis uera fi  
dei.

Luthera  
na fides  
clumbis.

Fides Lus  
therana &  
falsa.

## Vuolfmertz.

Nunquam uera potest, sed semper falsa uocari  
Propter quam reliqua sine spe dilectio friget.

Ergo rogas ubi uera fides quaerenda super-  
sit?

Sola fidem seruat Romana potentia ueram,  
Que sit & est eadem totum diffusa per orbem:  
Que uetus ex ipso nascentis tempore Christi  
Cum sanctis patribus sensum defendit eundem,  
Et sequitur doctos in eadem parte magistros.

Fides uera  
& Catho-  
lica.

Hæc meruit clauis regni caelestis habere,  
Hæc ea, quæ minimè fallendos ducere possit,  
Hæc quæ per Christum nil non operetur & ausit  
Recludens monstransq; uias super astra beatas,  
Astra nec hereticis, nec sectis cognita uestris.

Hæc quoq; nostra fides (tantum confide) per  
unctum

Ritè sacerdotem Romanae sedis alumnum  
Dæmonis oppressam uinolis & fasce leuabit  
Vxoremq; tuam sanam tibi reddet habendam.  
Tu modo ne dubita, credenti iure futurum  
Vt tua coniux amplexo læta fruatur,  
Et conuersa Dei uenerabile numen adoret,  
Quod colit in sacris Romana potentia Missis.

Tum quoq; totus eris secta diuersus ab ista,  
Quam nunc ætherio pro numine stultus hono-

146.



# Spongia Han. Contra

Quod reuerenter amas, tunc execrabere dogma,

Atq; Lutheranos, ut nomen inane, colendos  
Hereticis, quorum nunc es pars una, relinques,

Diabolus  
Vuoiffgan  
go fallacia  
rum est au  
ctor. Si non possideat cor & tua membra Satanas,  
Qui sibi dilectum commendat ubiq; Lutherum,  
Et facit ut uictus cupias non uictus haberi,  
Sed per inauditas uerborum uincere fraudes  
Inuertendo malis quæ sunt benedicta figuris,

Hac quoq; postremus non es dicendus in arte,  
Vt qui Centurio possis aut signifer esse,  
Ductor apud primos numerandus in arce magi-  
stros.

Instruens  
dis insidijs  
Vuoiffgan  
mertz Lus  
thero super  
rior. Imò (ne referat uox mercenaria laudem)  
Testor & affirmo, quod tu Vuoiffgange paren-  
tem  
Et sectæ Dominum superas hac parte Lutherū  
Hereticos alios, qui uincere sepe solebat.  
Quippe Typographica descriptos arte libellos  
Stultitiæq; suæ dabat argumenta uidendæ:

In tenebris  
saltare. Que latura dolos totum percurreret orbem  
Obuia fautori, sed & obuia sepius hosti.  
Vuoiffgan  
gus in an-  
gulo apud  
concionato  
res Euan-  
gelicos At tu non cupiens hostem tua crimina scire  
In tenebris saltas, & apud tibi foedere iunctos  
Calcibus & pugnis dente minace petentes  
Perfidie plenis frustra latratibus usus,

## Vuolfmertz.

Non nisi priuatis tentas me uincere cartis,  
Ipse tuam dicens ullo sine iudice causam.

Sed benè res cessit: nam quæ celata uolebas  
Ciuiibus è uestris quidam mihi tradidit ultrò,  
Nescius Hamardi quod præsens ora uideret.

Risus obortus erat magnus tua scripta le-  
genti,

Sed tamen efficta motus ratione premebam  
(Vt potui) risum, ne me cognosceret ille,  
Neu suboleret ei, quæ risus causa fuisset,  
Parua sed insidijs plenissima carta dolosis.

Tu siquidem uerè, sed quàm concludis ineptè?  
Quàm malè præmissis conclusio facta coheret?  
Quàm malè conueniunt, postquam ratione reli-  
cta

Constituatur nullas ibi debitus ordo figuras?

Esse Lutheranam doctrinam scribo nefan-  
dam,

Inq; locis uarijs pugnantiâ multa docentem:  
Cur tamen hanc ipsam peruersam tester haberi,  
Iusta satis me causa mouet, quod secta Lutheri  
Nuper nata fuit: qua, cum promittit Iesum,  
Pontificem Christi famulum contemnit & odit,  
Ac Antichristo factus præcursor ituro  
In nouitate sua uult antiquissimus esse.

Hinc ego do falsas doctrinas esse Lutheri,

## Spongia Han. Contra

Quòd nouus hæreticis nascētibus extitit auctor,  
Qui neq; pontificem, neq; Christum curat lesum:  
Sed sibi ius tribuit per quod uenturus in orbem  
Ipse uias faciles dux Antichristus haberet.

Non etenim parere potest Ecclesia Christo,  
Que uel præsidium sua per mendacia querit,  
Vel que non eadem toto uersatur in orbe,  
Vel que per uarias à se diuersa figuras  
Assolet hic illic secum pugnantibus uti:  
Quippe patres ueteres maiestatemq; relinquens  
Et se freta nouas obtrudens perfida sectas  
Nil illis tribuit, quibus est donata potestas  
Vel per quos domino cœtum curante piorum  
Tempus ad hoc semper foelix Ecclesia uixit.

In uera fide  
de tria con  
sideranda  
sunt.  
Vniuersali  
tas,  
  
Antiquis  
eas,  
Consensio.  
Sed breuis ut fiam, sed & ut semel omnia di  
cam,  
Est ea uera fides, quæ totū sparsa per orbem  
Perpetuò cunctis est uno credita pacto:  
Vnde fidem ueram nos hanc superesse fatemur,  
Quam sonat in cunctis terrarum partibus unam  
Pendens à Domino Romana potentia Christo.  
Hancq; fidem colimus sincero pectore ueram,  
Que nec ab antiquis patribus flectenda uidetur,  
Nec uelit antiquis sensus præferre recentes.  
Ergò uides, bone uir, defensor inepte Lutheri,  
Cur ego doctrinas illius falsa tonare,

Et

## Vuolfmertz.

Et cur ex illis nasci contraria scribam?

Certè Cimmerie laudator & incola terræ,

*Cimmerie  
tenebræ.*

Et datus es comiti cæco dux cæcior ipse:

*Cæcus cæ  
co dux.*

Si nondum uideas secum pugnare Lutherum,

Inq; suis libris falsissima quæq; docentem

Spiritui sancto scriptis peccare nefandis.

Constitues igitur talem ratione figuram:

Summo Pontifici qui partes derogat ullas,

*Syllogis  
mus Hans  
nardi et bo  
nus ita &  
uerus.*

Huius ubiq; fides eadem non cernitur esse:

Sed nouus à ueterum patrum ratione recedens

A uero sequitur diuersas ordine turbas:

## Ergò

Vera tui non est doctrina Lutheri,

Qui uarijs diuersa modis contraria scribit.

At scio quid dices, scio quid lupe Martie di  
ces,

*Alludie  
Hannas  
dus ad id  
quod altes  
rū cautim  
suorum  
Vuolfs  
mertz alte  
rum uero  
Roraff  
nominet.*

Nempe quod ipse tuus dominus sectæq; magister

Existens monachus Romane sedis amator

Illis ediderit contraria plurima scriptis:

Quæ post accepti donatus lumine uerbi

Schismaticus primis contraria multa parauit:

Hoc ais, hoc carta contra me spargis inepta,

Sed quantum ratio tua te Vuolfgange sefellit

Quat.

Spongia Han. Contra

Quatuor exemplis (quantumuis millia multa  
Conspicienda tuo Schmidlino dicere possum)

Temporis angusti cogor ratione docere:

Quam malè constiterit sibi perfidus ipse Luthe-  
rus

Hæreticis alijs factus nascentibus auctor.

Hoc tamen antè uolo de te Vuolffgange ro-  
gatum,

*Sedecim articuli ad leonem X.* An non tunc fuerit Romani præsulis osor,  
Cum sex atq; decem, sed turpiter, ordine scriptos  
Poneret articulos: cum de Babylone libellum:

*Præliudium Captiuitatis Babylonica.* Cum faceret Misse formam per scripta legentem:  
Cum solaretur qui sunt in mœnibus Halle:  
Cum de postillæ Brumalis nomine Rhetor,

*Liber de forma Misse.* Et cum nobilibus germanis scriptor adesset:

*Consolatio ad Hallenses.* Dic age sed dicto nusquam sapiente Lutherum,

*Postilla Brumalis.* An non pontificis fuerit tunc hostis & osor?  
Hostis & osor erat: nec enim te credo negare,

*Ad nobilitatem Germanicam.* Quod uelut hæreticus fuerit proscriptus ab illo,  
Qui tunc Ausonia regnabat præsul in urbe.

Existis igitur libris contraria ponam,  
In quibus ipsa sibi non constant scripta Lutheri  
De Sacramento uarium ponentibus usum.

AIT:

## Vuolfmertz.

In libro cui dat Babylon teterrima nomen  
Scribit homo nequam seclerum caput atq; malo-  
rum:

In prælu-  
dio captiu.  
Babylonis  
ca.

Quod neutra specie Christus præceperit uti,  
Sed quod in arbitrio sumentis utranq; locarit.

### NEGAT.

Rursus ab aduersa tonat his contraria parte,  
Sicut in hoc obiter posito per carmina libro  
Ultima postillæ Brumalis Concio tradit,  
Et species ambas tam percepisse necessum,  
Quàm refert Dominum perfecte noscere Chris-  
stum.

In ultima  
conclio  
ne postillæ  
brumalis.

Quin etiam fuerint subeunda pericula uitæ,  
Iacturamq; simul decet expectare bonorum,  
Ut dentur populo species utraq; profano.

### AIT:

Idem præterea scribit Babylonius auctor,  
Quòd non in Christum possint peccasse uideri,  
A quibus una modo species modò sumitur uno.

In captiui-  
tate Babyl-  
onica.

### NEGAT:

Ast, ubi solatur qui sunt in mœnibus Halle,  
Testatur planis hæc dicta sequentia uerbis,  
Nempe quòd accipiat, speciem malè cõsciis unã.

In consola-  
tione ad  
Hallenfes.

### AIT:

Nobilibus scribit germanis pessima pestis,  
Corda Bohemorum placidè debere moneri:

Ad nobili-  
tatem Ger-  
mania.

Quòd

## Spongia Han. Contra

Quòd nemo peccet speciem dum sumit utranq;  
Quòd nemo peccet speciem dum percipit unam.

NEGAT.

*In sedecim articulis.* Rursus in articulis scriptis contraria ponit:  
Quippe quod inuito Papa sub utraq; sacratum  
Sit specie corpus Christi cum sanguine dandum:  
Orans per domini uenerabile nomen Iesu,  
Ut nil pontificis formident iussa Tyranni,  
Ne sacramenti uero ducantur ab usu.

AIT:

*In captiui tate Babylonica.* Tradit item patris Babylon damnanda Lutheri,  
Quod uis pontifici non sit facienda supremo  
Ob sacramenti species utrasq; uerendi.

NEGAT.

*In libro de formula Missæ.* At prorsus Missæ diuersum formula tradit,  
Dum ponit minimè dubias hoc ordine uoces:  
Nos nos iura Dei, nos uim quoq; legis habemus,  
Sed neq; Concilium, neq; lata statuta moramur:  
At neq; decreti curamus nomina dicti.

*En germanorum suorum, et perbunt, et rogantem, et impium pontificem.* Imò quod magis est, specie si mandet utranq;  
Concilium, tunc nos utranq; negemus habendam,  
Sed per contemptum facti cum iure statuti  
Vllam uel nullam speciem uellemus habere:  
Illos prætereâ Plutoni Orcoq; daremus,  
Qui cum Concilio speciem laudaret utranq;.

En tibi que secum pugnantia dicta reliquit

Extra

## Vuolfmertz.

Extra pontificis Romani sacra locatus,  
Præditus hærescos animo cultore Lutherus.

At tu si bonus es, si nomine dignus honesto,  
Fac ut conueniant, quæ iam tibi scripta Lutheri  
Carmine uersa meo non concilianda leguntur.  
Aut (quod debebis uerum Vuolfgange fateri)  
Dicito periurum sibi non constare Lutherum  
Sed simul hæreticum pugnantia multa loquen-  
tem

Per sua scripta fidem nulla ratione mereri:  
Nam quem tute uelis sparsis defendere cartis,  
Ipse patrociniò sibi non queat esse Lutherus,  
Quantumuis etiam patrio sermone disertus,  
Et de more suo multum temerarius esset.

Quapropter taceas, aut si spe captus inani  
Vis per discipulos defendi posse magistrum:

Polliceor sancteq; tibi promitto futurum,  
Vt lupus immanem referas frustratus hiatum:

Fac igitur talem iusta ratione figuram:  
Iam uera fidei ueteris pietate relicta

Lapsus in hærescos horrenda baratra Luthe-  
rus

Sæpius in libris secum pugnantia scripsit:

Ergò

Sibi docuit contraria multa Lutherus.

Lupus  
hians.

Hannardi  
Syllogis-  
mus bonus  
& uerus.

Nam



Spongia Han. Contra

Nam si sic facias rectè concludere disces,  
Et bene de ueris præmissis uera sequentur,  
Et formæ ratio sensu fallace carebit,  
In quo te uideo doctum fœliciter esse.

Nam nisi doctus in hac uoluisses arte uideri,  
Falsus & attenda sine mente per omnia mendax,  
Non ad eò fœdas potuisses iungere uoces,  
In quibus inuertens uerbis benedicta malignis  
Illa mihi tribuis, quæ nec per somnia uidi,  
Nec uidisse uelim: nam quid sit ineptius unquam?  
Quid magis absurdum? quid possit uanius esse?  
Quam, quas insidias uelut argumenta locasti.  
Nam licet & pestes & lernas esse malorum  
Hæreticos dicam sectantes dogma Lutheri:  
Non tamen idcirco sum tales esse professus,  
Quòd Schmidlinus eos concordés uiuere dicat:  
Sed quod ab antiquis patribus diuersa petentes  
(Ut supra docui) multi noua multa sequantur.

Sic quoq; nec dico, nec scriptis testor in ullis,  
Propterea mundum falsum debere teneri,  
Quòd scribat mundum falli debere Lutherus:  
Si uerò mundus falli desideret ultrò,  
Tunc ego concedo rectè dixisse Lutherum,  
Qui canit & falli mundum gaudere fatetur.  
Possè tamen falli mundum res ipsa docebit,  
Si bene perpendas, quam clarus in arte magister

Decepit

## Vuolfmertz.

Decepit miserum sua per noua dogmata mundū,  
Quod tres continuo dicebant ordine uersus.  
iam de Schmidlino (si uis modò uera sonare)  
Constitues tali factam ratione figuram :  
Schmidlinus scribit concordēs esse per omnes  
Articulos fidei, qui præceptore Luthero:  
Contra Pontificis caput: ortum dogma sequuntur:

Vide carmen Abs  
basini Viē  
steffanides  
dicatum.

### Ergò

Schmidlinus pro falso debet haberi,  
Qui (quia falsa sonat) uero contraria dicit,  
Et scribit placidam concordēs ducere uitam:  
Quos suprà docui iactantes dogma Lutheri  
Secum de fidei primis contendere causis.

Hæc tibi scribebam calamo currente per illum,  
Qui solet à manibus mihi sedulus esse minister:  
Non quòd ego dignum te uersibus esse putarem,  
Sed magis ut scires res plenas esse laboris,  
Et sibi coniunctum magnum discrimen habere,  
Si tentes stimulos nudis inuadere pugnis,  
Aut temerè uiuo setas auferre Leoni.

Nam quæ scripta tuis oppono carmina nu-  
gis,

Nil aliud faciunt, quàm quod mirantur ineptos  
Et nimis è rauco latratus ore profectos:  
In quibus haud dubiè genuinum frangere possis,

Contra stū  
mulum cal  
citrare.  
Leonem  
vadere.

## Spongia Han. Contra

*In* foelix  
*cliens cui*  
*et. ix. patro*  
*mus contis*  
*gis.*

Si patrocinio fabrum tuere clientem.  
 Nunc igitur cessabo tui Vuolfgange misertus  
 Orans atq; rogans, ut ad hæc mea scripta uocau  
 tis

*Non una*  
*manu cape*  
*re.*  
*Gallus uin*  
*ctus.*  
*In laqueos*  
*lupus.*  
*Aratro*  
*isaculari.*

Discipulis ratio Satyræ monstretur et ordo:  
 Sicut nuper eas contra mea carmina nugas  
 Monstrabas pueris proponebasq; legendas:  
 Nunc (inquam) cessabo tui Vuolfgange misertus:  
 At tibi (si posthac perrexeris esse molestus)  
 Non leuis à nostris prodibit machina castris.  
 Quippe, quod in uulgo passim proverbia dicunt,  
 Sic ego te strictum manibus tractabo duabus,  
 Ut ueluti gallus superatus discere possis  
 Quid sit in aduersum conuitia dicere uatem:  
 Nempe docebo lupum laqueis ad retia ductum,  
 Quam temerè fuerit misso iaculatus aratro,  
 Qui sibi iumento proprio tot damna parauit.  
 Non etenim current pedibus mea carmina se  
 nis

*Suo iumen*  
*to malum*  
*accersere.*

Que uel gesta ducum uel Regum prælia dicunt:  
 Sed pater Archilochus positas in carmine Divas  
 Inq; tuos uultus lethalem uertet Iambum:  
 Teq; Lycambæo traiectum pectora telo  
 Vulturibus tradet coruisq; uolucris escam,  
 Neue tue mortis possit clam dedecus esse,  
 Tale tuo faciet scriptum de funere carmen

## Vuolfmertz.

Vt Thebis heros Vuolffgangus Martius esset,  
Ipse sibi mortem sua per conuitia fecit:  
Vos autem uolucres eius ne tangite corpus,  
Nam fluit è facto Nessæus uulnere sanguis,  
Sic igitur uiuas, ut te benè uiuere dicam,  
Aut: si more tuo furiarum semina spargis  
Tempus ad hoc uiuas, quo carmine facta secundo,  
Et mea scripta tuis iterum contraria nugis  
Edita conspicias, sed non furiosus ab illis:  
Quis tibi sum posthàc scripturus: uersibus extes.  
Namq; ualet tantum depictum numen Iesu  
Aedibus in nostris, ut te Vuolfgange per istos  
Aut alios uersus furiosum reddere possit.  
O utinam uerò reliquis sapientior esses,  
Et coleres sacris mysteria debita Misis,  
Quas habet à Domino Romana potētia Christo.

Suspende  
te, ut sis  
Thebis ses  
mideus,  
Epitaphiū  
Vuolfmertzij.

FINIS.

E 2 EPON

SPONGIA M.  
HANNARDI GAME-  
RII ADVERSVS CRAS-  
SAS INSVLSISSIMI IACOBI

Andreae Schmidlini asper-  
gines.

Ve rectius  
ista multis  
in locis in-  
telligatur  
Sacyra,

Schmidlin  
significat  
latinis fas  
brum ferz  
tarium.

Musca im  
probitas.  
Umbram  
suum me-  
tuit.

Ne capra  
contra leo  
nem. Cuni  
culis oppu-  
gnare.

Flamo tres  
sis.

**P**ost mea de ludi scelerato facta magi-  
stro  
Carmina per iustas se defendentia can-  
sas:

Rursus ad arma uenit belli temerarius auctor,  
Meq; laceffitum Schmidlinus dente minaci  
Prouocat ultori, uelut improba musca timendus.

Non quod collatus cum musca debeat esse,  
Qui quandoq; suam refugit perterritus umbrã,  
Et metuit pictos, ceu uiuos dama, leones:  
Sed quod ab occulto me sepius impetat antro,  
Haud secus ac uinctus canis oblatrauerit hosti,

Quem procul iratus uexantem conspicit ire.  
Non tamen hunc apello canem, quod, ut ora Mo-  
losso,

Sic illi rictus aures ad utrasq; debiscant:  
Sed potius quod tressis homo, quod uilior alga  
Cercopum dominus sine relligione supersit,

Et iii-

## Ieckel Schmidknecht.

<p>Et uiuat ficulnus homo, Venerisq; marito          Vulcano famulus: qui flammæ semper edaci          In fornace patris ficulnea ligna ministrat,          Ipse suos libros &amp; se passuros aduri,          Ut tulit à lignis ficulnis scripta perire,          Quæ sibi per multos Epicurus fecerat annos.</p>	<p>Cercopum chorus. Homo fis- culnus. Truncus ficulnus in utile lignū.</p>
<p>At tu: quando quidem minitari bella uideris          Plurima committens patrijs incudibus arma:          Dic, Schmidline, mihi qua pendet origine bellum?          Quæ te causa mouet, qua post tu mille tuorum          Funera uisa ducum uictus noua prælia tentas          Amissurus adhuc numerum quem colligis istum?</p>	<p>Epicuri li- bri lignis ficulneis in- censis ex- usti. Schmidli- nus beanos</p>
<p>An uix dum satis est, quod te Bredebachius          actum</p>	<p>rum pessis- ma substan- tia.</p>
<p>Filius atq; pater docuerunt esse beanum?          Teq; coegerunt fractos amittere dentes:          Quodq; resumpisti monstruosum ponere cornu?          Esse parum censes quod habens ex arte colorem          Et lapidum iactu Latomus tibi pingeret ora,          In facieq; daret tumidas liuoribus offas?          Pro nihilo ducis, quod totum sterneret agmen,          Qui Staphylus nullo uestrorum latus ab ictu          Nunc equitum turmas cum centurione fugauit:          Nunc pedites domini metatos castra tyranni,          Et pepulit totas fusa legione cohortes.</p>	<p>Cornutus Schmidli- nus.  Staphyli fortitudo, constantia &amp; patientia.</p>

Hic ille est Staphylus, qui per tot tela, per

ignes

F 3

Mille

## Spongia Contra

Mille sub hæreticis rerum discrimina passus

Antiquæ fidei uerum seruauit honorem.

Hic ille est Staphylus, qui uos & uestra per  
ofus

Dogmata, monstrauit positum sub melle uenenū,

Et fraudes uestrosq; dolos artesq; Pelasgas

Prodidit, atq; suo depinxit monstra colore,

*Apoc. 13* Que septem capitum produxit bestia denis

Cornibus & pariter denis ornata coronis.

Hic ille est Staphylus qui te Schmidline ma  
gistrum

Militiæq; ducem belli certamine uicit:

Sed bene uexatum spolijs insignis opimis

*Schmidlinus* Sub iuga cogendum uictor dimisit inermem:

*nus & Staphylo* Cur? quia Pelidæ magni Chironis alumno

*seruatus, sed* Therfites aliquis non esset cæsus honori.

*cum igno-* Et tamen: ut nullo geris ora notata pudore:

*minia sub* Hoc ignominie probraso nomine fretus

*iugum mis-* Indomitos oculos contra me tollis, & audes

*fus.* Periurum quassare caput, ceu percitus ira,

*Smidlinus* Exigeres magnas de nostro sanguine pœnas:

*Therfites* At dic quo merito? qua tu me fronte lacebis?

*Oculi indo-* Cur tua scripta meum traducunt impia nomen?

*miti.* Cur petis emissis infamem reddere libris?

*Smidlinus* Cur, uelut in uitijs capitali fraude seclustum,

*uniuersarius.* Ex Bauaris terris profugum me scribis abisse?

Me scrip

## Ieckel Schmidknecht.

Me scriptis fateor contraxisse nefandis,  
In quibus affirmas mendaci perfidus ore,  
Quod sibi constiterit bene per sua scripta Luthe-  
rus,

In quo Hæ-  
nardus  
Smidline  
contradi-  
xit.

Quodq; Lutherani litem per iurgia nullam  
Diuersos animos à se reddentia ferrent:  
Sed quod eis summè concordia facta placeret,  
Qua traherent uitam sine mota lite quietam.

Hæc contra Staphylum ueluti quoq; plura,  
locutus

Dicis & affirmas, quòd lis uos nulla fatiget,  
Que fidei causa possit pendere uideri.

Concordia  
Lutheran-  
orum.

Hæc ais, hæc uerbis contra te scribis apertis,  
Hæc canis, hæc toto mendacia spargis in orbe:  
Sed quis crediderit tam clarè falsa tonanti?  
Quis te uerarum rerum non senserit hostem?  
Qui, quod apud cunctos manifestū cernitur esse,  
Solut id esse negas, solus Schmidline repugnans  
Pluribus, & contra multos stas solus inermis.

Quapropter fateor (nec enim uolo facta ne-  
gare)

Vnus cong-  
era multos

Quod tua scripta meam turbarint impia mentē,  
Impulerintq; manus ad dandum uersibus orsum:  
In quibus ostendi uerbis Schmidline disertis,  
Quam tua cum ueris pugnant mendacia dictis,  
Dum faber amotis tractans fabrilia flammis



## Spongia Han. Contra

Prorsus inauditum uis persuadere uideri  
Haud secus, ac cupias chalybi cōmittere gypsum,  
Argilleq; uelis liquidam coniungere ceram.  
Nam, quem perpetuò capitaliter odit echi-  
nus

*Prius echi* Incipiet citius terrestris inire marinum,  
*ni duo ami* Et prius è sola funis negetur arena:  
*etiam inez* Quam monstrare queas, sectatos dogma Lutheri  
*ang.* Inter se placidam concordem ducere uitam,  
Cum uerò Schmidline scias, eum noueris  
illos

De fidei primis grauitè contendere causis:  
Cur mihi succenses? cur indignatus, ut hostem  
Impetis emissi iactum minitatus aratri?  
*Aratro* Quin magis ut fidum me collaudaris amicū?  
*iaculari,* Qui, quod dissimulant alij pronuncio uerum,  
Et doceo planè falsis te uocibus usum,  
Quando Lutheranos concordem esse doceres.  
Si tamen hoc adeò magnum scelus esse uide-  
detur,

Vt non debuerim falsis opponere uera:  
Parce mihi, Schmidline, precor: mihi parce, uel  
ipso  
Perde Lutheranos in quos conuitia dictans  
Stringatur calamus, depromat lingua uenerum,  
Et tua, quæ toties uerborum fulmina uibras,  
Mitte

Ieckel Schmidknecht.

Mitte Lutheranus medios audacter in hostes,  
Qui strictè domini defendunt scripta Lutheri.

Nam neq; te Staphylus, neq; te Bredeba-  
chius urget,

Nec doctus Latomus tibi per sua scripta mole-  
stus

Criminis esse reum propter mendacia dicit:  
Sed, quos tu socios, collegas atq; Lutheri  
Discipulos iactas, horum damnaris ab ore,  
Horum iudicio fabrùm nequissimus extas  
Perfidia plenas mandans incudibus artes.

Qui potiss-  
simù Smid-  
lino contra  
dicant.

Si cupias igitur bonus & syncerus haberi,  
Non mea contemnas de uestra carmina lite,  
Non Latomi Staphyliq; libros, non oderis istud,  
Quod mea uendenti fumos dat Spongia carmen:  
Sed tibi sint odio, qui scriptis undiq; libris  
Ostentant Domini germanum dogma Lutheri:  
Quiq; Lutheranos cum schismate uiuere dicunt,  
Non ueriti libris & uiua uoce docere  
Te Schmidline planum, deceptoremq; nefastum  
Fraudibus atq; dolis operam nauare struendis.  
Hoc socius Gallus cristati nominis ales,  
Hoc ait Illyricus, sed & hoc Amsdorffius inquit:  
Quin Mansfeldenses comites testantur aperte,  
Saxonieq; duces per publica scripta fatentur  
Mendacem uerbis te liberioribus usum

Fumi uen-  
ditor.  
Schmidli-  
nus est pla-  
nus.  
Vide Apo-  
logiam Sta-  
phyli, & no-  
strum de  
concordia  
Lutheran-  
orum car-  
men.

Spongia Han. Contra

Prorsus ut ignoti contemnere dogma Lutheri.

Iam si, quod comites scribunt, Schmidline fa-  
teris,

Et non esse negas, quod ait uox publica, uerum:

Immeritò nostræ dicis conuitia fame,

Immeritò nostrum maledicto lædis honorem,

Et facis indignum, qui me uis illa tacere,

Quæ produnt alij magnis uerissima libris:

At si fortè negas, quæ de te sparsa feruntur,

Cur furiose tuas in me simul euomis iras?

Cur petis in fontem? qui non nisi uera docente

Iam toties læsus mendacem carmine læsi,

Quin potius Schmidline duces, comitesq; fatigasti

Quin oneras grauibus propter conuitia libris

Illyricum Gallumq; tuum, patrisq; Lutheri

Discipulos alios? qui te scelerate molestant,

Impurumq; uocant propter mendacia fabrum,

Quæ plena tractata manu tam fortiter edis,

Quam uix perficerent operosi multa Cyclopes.

Non tamen offendor (cui mens est conscia re-

cti

Omnia per Christum cupiens tolerare libenter)

Nec, quæ multa iacis, propter conuitia turbor:

Sed magis admiror, quo tu nequissime uultu

Scribere sis ausus, quo possis ore fateri

Ex Bauaris terris me discessisse fugatum,

Boia

## Ieckel Schmidknecht.

Boiariasq; domos & castra relinquere iussum

Deseruisse mei uenerandam principis aulam:

Non secus ac factio de crimine proditus essem.

*Ratio &  
causa cons*

Qui tamen haec scribis, quo tecta colore pro  
babis?

*scripser  
Spongia.*

Quem poteris fucum tam foedis addere uerbis?

Vt non ex illis bipedum nequissimus unus:

Vt non haereticus uidearis pessimus esse.

Quare si bonus es, si non periturus es inter

Haereticos praeco, si non colis antra Cyclopum,

E quibus in sanctum mendacia fundis ouile:

Dic age, quis sparsor umori praefuit autor?

Quis fuit impulsor? quis facti deniq; suasor?

Quis fuit adiutor? per quem prolapsus in iras

Vindictae cupidus tentasti laedere famam,

Quam, licet inuitus, saluam Schmidline relin-

ques,

Tanquam dente meos coneris rodere dentes,

Quos ego morsuro labrum committere nolim.

*Dentem  
dente rode*

Nam genus, unde mei deduco sanguinis ori-

tum,

Non habet autorem, qui nobilitate fabrili

Per scelus & uitium genti quaesuit honores:

Sed qui Gomerius per nomen clarus honestum

Integer & uerus pietatis cultor auit.

Laudatis studuit uirtutibus auctior esse,

*Gomerios  
rum genus  
& generis  
auctor.*

Hoc

Spongia Han. Contra

Hoc fama constante docent quæ signa uetus  
sto

Pluribus à seclis generi donata fuerunt:

Hoc etiam ueneranda probant, testantur, & ad  
iunt

A proauis erecta meis penetralia Christo,  
Quæ sub Camerij pagi ditione uidentur,  
Et uictura manent nunquam deuicta per ullos  
Hæstenus hæreticos, quamuis horrenda minati  
Nuper in hanc patriam de uestris partibus irent,  
Et cuperent sacras euertere funditus aras.

Iconoclas  
ta.

Sed Deus egregiè nobis prospexit, & adfert  
Quam promissit, opem pietati semper habendam:  
Nam patriæ sanctos sic instaurauit honores,  
Ut nusquam uideas, qui te Schmidline receptum  
Aut uelit, aut cupiat nugas audire fabriles.  
Vnde puto certè mihi te minus esse benignum,  
Idq; dolere tibi, quod in hac nos parte quieto

alio

Ac animo prorsus fraterno uiuere noris:

Qui quasi terrarum domino sub rege Philippo,

Hæreticis longè propulsis atq; fugatis,

Post iræ stimulos optata pace fruamur.

Cur Smid  
linus Han

nardo sic

infestior,

& quid ip

si dolcat,

At tibi tam clarè mendacia cusa tonanti

Ille meus princeps Boijs Albertus in oris

Dicat & exponat, si non deuinciar ipsi

Et cogar dominam remeare uocatus ad aulam,

Merces

Teckel Schmidknecht.

Mercedem pretiumq; ferens non uile laboris,  
Tanquam cum domino praesens praesente morar.  
rer.

Dicat adhuc idem dux illustrissimus, atq;  
Testetur dominus Bauaris Albertus in oris,  
An non ipse sui (quae puro constat ab auro)  
Effigiem dederit, per quam minus immemor es-  
sem

Officij dominiq; mei, quem fidus amaui,  
Quem mihi perpetuo dominum uenerabor ama-  
tum,

Quem sine fine colam: dum spiritus hos reget ar-  
tus,

Dum fuerit uestris Romana potentia sectis,  
Non secus ac extat contrarius ignibus humor.

Haec, ueluti scribo, dominus meus esse fatetur,  
Deq; suis unum me non negat esse ministrum,

Sed negat ex aula me discessisse fugatum  
Pluribus in scriptis, quae consignata sigillo

Atq; ducis proprio mandato iussa notari  
Testantur planeq; docent te falsa locutum,

Quando tibi sceleris patrati conscius esses,  
Et caneres aulam me deseruisse coactum,

Aut abiisse uelut propter peccata scelestum.

Praefectus nostrae Gulielmus Leschius aulae,  
Et qui scripta ducis uigilanti cura tuetur

D. Guliel-  
mus Lesch-  
Praefectus  
aulae Baua-  
ricae,

Eckius

## Spongia Han. Contra

D. Simon Eckius ille Simon pius & doctissimus idem:  
Eckius Cæ Sic quoq; consilijs certissimus Hundius auctor,  
cellarius. Sic Barbingerus iuris legumq; peritus,  
D. Vigus Et secreta fouens pietatis amator Erasmus  
leus Hun- Vendius in Boijs clarissima lumina terris:  
dius.  
D. Ono- Et post hos alij pro me testantur & aiunt  
pbrius Bar Te satis incautis mendacem uocibus usum,  
bingerus. Cum loquerere mihi dilectam principis aulam:  
D. Eras- Ob scelus admissum non posse uacare fugato.  
mus Venz At quid ad hæc dices? quæ te Schmidline sce-  
dius. lestum

Hos contra dominos mendacia cusa iuuabunt?  
Sex ego produco non uanos ordine testes:  
Sex ego produco: plures adducere possim,  
Contra quos minimam non ausis tollere uocem.  
Hos tamen idcirco uolui de nomine scriptos,  
Ut tu, si bonus es scribas de pluribus uni,  
Cuius iudicio si talis censere esse,  
Qualis ego scurræ Schmidlini more uocabar:  
Tunc fuero, talis ero, tum dicar talis haberi,  
Qualem ego Schmidlinum testor debere teneri:

Prot. stat. Donec in Hannardum scribentis uerba negant  
Hannardi. tem

Omnia, quæ scripsit, Schmidlinus uera probarit.  
En iterum falsi conuictus crimine, fame  
Amisse toties perdit Schmidlinus honorem.

Ergo

Ieckel Schmidknecht.

Ergo quid hic dices: an quod tibi dixerit alter?  
An uerò (quod credo magis) scripsisse uolenti  
Optima uisa tibi mendacia prima fuisse,  
Quæ satis inflatas complerent obuia buccas?  
Sed neutrum satis est: nam si sit dicere tutum,  
Quæ de te populus non pauca referre solebat,  
Vix mihi scripturo totus suffecerit annus,  
Quomodo post thalamo data sacramenta iugali  
Cum furti socia ludens Schmidline puella  
Exiguam uiridis partem traduxeris æui.

Ille tibi (si falsa refert non omnia uulgus)  
Illa tibi semper debebat adesse studentii  
Directura tuas ad libri scripta lucernas  
Sæpius ad mediam crissans operaria noctem:  
Donec adulterij turgescens crimine uenter  
Suaderet populo propter connubia dandam.  
Is tuus à calidis hypocaustis antè minister  
Accepto pretio pro coniuge duxit eandem,  
Atq; suam cupiens ornare per omnia spartam  
Crimen adulterij sub honesto nomine texit.

Hæc de te Schmidline refert non unus & al-  
ter,

Sed plures homines: quos & scis dicere uerum,  
Et quibus, ut multum ueracibus, omnia, credo:  
Attamen in Satyris hæc crimina ponere nolim,  
Nō quod uerum minus (quia sunt uerissima) dicam:

Sed

In hoc  
Schmidli-  
nus est pla-  
nè Luthes-  
ranus: nam  
Lutherus  
in concione  
de sacramē-  
to Matris  
monij scri-  
bit: si nolit  
uxor, uenit  
at ancilla.  
Tomo. 6.  
fol. 177.  
Spartam  
ornare.

200 21




Spon. Han. contra Ieckel Schmid.  
Sed quod in hereticos ea tantum scripta para-  
rim,

Que contra dominæ scelerum mendacia sectæ  
Romanos facili tueantur carmine ritus.

Sin posthac uideam: quod adhuc confido fu-  
turum:

Vt famam nomenq; meum traducere pergas:  
Tunc mea te reddent tam uiuo scripta colore,  
Vt tibi post lectum carmen promittere possis,  
Pro uero speculo te nostris uersibus uti,

FINIS.



DE ORIGINE  
MONASTERII IN  
MONTE S. STEPHANI PROPE

*Frisingam siti, quod nunc uulgo Vuien-  
steffen appellatur.*

Pipinus Franciæ rex & imperator.  
Anno Domini DCC. XL.

**Q**ui fuerat Thetmons populis gen-  
tilibus olim,  
Pipinus Stephani nomen habere de-  
dit.

*Is, quia perpetuò cum gentibus arma gerebat,  
Ac in eo castris fecerat esse locum:  
Exstructæ fanum coniunctum tradidit arci,  
Templaq; sub Stephano martyre sacra locat.  
Restat adhuc fanum uastarunt cætera gentes,  
Pipino Gallis auxiliante suis.*

Corbinianus primus Frisingæ Epi-  
scopus.

DCC. LII.

*Postmodò uir sanctus, qui Corbinianus habetur,  
Frisinga factus præsul in urbe fuit.  
Constituitq; sacros Benedicti nomine fratres,  
Et titulum Christi de genitrice facit.*

Is fanum Stephani quandoq; subire solebat,  
Et dare supremo uota precesq; Deo.  
Fons superest hodiè, baculo quem fecerat ipse,  
Historiam uitæ scripta legenda docent.  
Hitto secundus Frisingæ epi-  
scopus.

DCCC. XXX.

Post hunc Hitto fuit præsul diuinus ibidem,  
Qui montis nomen clarius esse facit.  
Præpositum siquidem cum senis fratribus illic  
Collocat, ut sacris debita uota forent.  
Egilbertus Frisingæ Episcopus de-  
cimus septimus.

M. XXI.

Hinc & Egilbertus Frisinga præsul in urbe,  
Præpositum Viti collibus esse iubet.  
Et reditus amplos & ijsdem donat honores,  
Sicut adhuc hodiè templa locata uigent.  
Postmodò conspicuos Benedicti nomine fratres,  
In montem Stephano transtulit ipse sacrum.  
Et confirmato diuinos ordine fecit,  
Non secus ac monachis iam data uita manet.  
Horum diuitijs creuit donata potestas,  
Factaq; Cœnobio copia prima fuit.

Cata-

Catalogus Abbatum.

M. XXXVI.

Primus in Abbatum numero Bernardus habetur, 1.

Qui prius in Seuna relligiosus erat.

M. XXXVIII.

Arnoldus sequitur, qui relligionis amator 2.  
Instituit uitam sub pietate bonam.

M. XLI.

Tertius à primo pater & uenerabilis abbas  
Dietfridus monachus iura ferenda dabat.

Qui senior factus donatos spreuit honores,  
Officium cupiens deseruisse suum.

M. XLVII.

Post hunc Henricus succedens dicitur Abbas,  
Cœnobiumq; simul per tria lustra regit.

Postmodò sponte sua monachis sua iurare misit,  
Per uitæ cupiens tempora pace frui.

M. LXII.

Peringerus ab hoc præsul reuerendus habetur,

Qui sub Danubij flumine mersus obit.

L 2

M. LXV.

M. LXV.

Post hunc Hagano sequitur uenerabilis abbas,  
Præfectus monachis per tria lustra bonis.

M. LXXX.

7. Henricus numero dicitur septimus abbas,  
Iura tenens annos non sine laude duos.

M. LXXXII.

Erchangerus ab hoc Henrico proximus astat,  
Qui malè Cœnobij dilapidauit opes.  
Non benè prospexit, quia sunt incendia nota,  
Quorum flamma sacras uastat auara domos.  
Sic ut nil reliquum miserandis fratribus esset  
Pauperie magnam sepe ferente famem.  
Vnde Meginhardus Frisinga præsul in urbe  
Nomen & officium deseruisse facit.

M. XCVI.

Hinc Pabo meruit titulo uenerabilis esse,  
Quem iubet Henricus Cæsar abire loco:  
Ac Erchangero delatum tradit honorem  
Præfecto monachis sic, uelut antè, suis.  
Hoc tamen extincto succedere Pabo uidetur,  
Officijque simul sustinuisse uicem.

M. C. XVII.

Inde Meginhardus pater & uenerabilis abbas,  
Præfectus monachis Cœnobioque fuit.

M.C.

M. C. XXXVIII.

Nobilibus generatus auis Sigmarus habetur, 11.

Qui fidus laceras reddidit auctor opes.

M. C. XLVIII.

Vnum Gunterus tantummodò rexerat annum, 12.

Motus ab officio cum sine laude foret.

M. C. XLIX.

Præficitur monachis clarus uirtute Rapotto, 13.

Qui uerè tanto dignus honore fuit.

Sed quia cæcutiens impar fuit ipse labori,

Fratribus Abbatis nomen onusq; dedit.

M. C. LXXII.

Sceptra Siboto capit, quamuis non utilis idem, 14.

Qui quoq; sponte sua sceptra relictâ uidet.

M. C. LXXIII.

Reinbotto sequitur, qui cum se cerneret ægrum 15.

Officio dignum se negat esse suo.

M. C. LXXXII.

Post hunc Alto fuit longè dignissimus Abbas, 16.

Doctus Cœnobio consuluisse suo.

At sub eo rapidas mittunt incendia flammæ,

Quæ faciunt ullas non superesse domos.

Postmodò sponte sua sibi tradita iura reliquit,

Donatis gaudens cedere posse bonis.

M. C. XCVII.

17. Hinc Eberharde duos uiginti rector ad annos  
Cœnobio prodes consilioq; iuuas.

M. CC. XIX.

18. Hinc Meinhardus adest, qui quinque gubernat ad  
annos,

Et post officium deserit ipse suum.

M. CC. XXV.

19. Post hunc Vlricus uix unum sederat annum,  
Cum debet Christo præcipiente mori.

M. CC. XXVI.

20. Alter ab hoc Vlricus adest, qui redditus Abbas  
Cœnobio partas sponte reliquit opes.

M. CC. XXVII.

21. Tertius Vlricus succedere cogitur abbas,  
Sub quo Cœnobium funditus igne perit.

M. CC. LI.

22. Ysenricus erat, qui quarto rector in anno,  
Cogitur officium deseruisse suum.

M. CC. LV.

23. De Tygurimensi ueniebat sede profectus,  
Qui fuit Vlricus quartus in æde pater.

M. CC. LVI.

24. Hinc Loduicus adest, qui rexit quatuor annis,  
Postmodò dat monachis scepra recepta  
suis.

M. CC.

M. CC. LX.

Electus primus Conradus dicitur abbas 25.  
Præsulis officium sustinuisse boni.

M. CCC. XI.

Nicolaus abbas per totum rexerat annum, 26.  
Cum bene donato munere functus obit.

M. CCC. XII.

Ex hoc Heinricus concordia uoce creatus, 27.  
De Tygurinensi sede profectus erat.

Post hunc eligitur Gualterus nomine præsul, 28.  
Sed quando fuerit, dicere nemo potest.

M. CCC. XIX.

Conradus uero successit tertius illi, 29.  
Post annosq; nouem cepit ad astra uiam.

M. CCC. XXVIII.

Conrado Conradus erat successor & isti, 30.  
Austria per Chrenum nomen habere dedit.

M. CCC. XXXI.

Vir probus atq; pius, multa uirtute beatus, 31.  
Marquardus cupidus religionis erat.

Instaurauit enim lapsarum commoda rerum,  
Et simul inuentas prouidus auxit opes.  
Sed tamen ob magnum Loduico Cesare bellum  
Vna cum monachis pulsus & iste fuit.



Diraptisq; bonis lucra solus miles habebat:

Debebant monachi iure carere boni.

M. CCC. LXVII.

32. Succedit monachus quidam cognomine Pictor,

Qui perdit reliquas luxuriosus opes.

Amotus tandem Mallershonenſiarura

Incolit, ac Iſaræ flumine merſus obit.

M. CCC. LXIX.

33. Albertus quidam ſuccedit prodigus æquè,

Qui quoq; Cœnobio plurima damna dedit.

Amotus tandem non iuſtas concipit iras,

Appellando malam iudicis eſſe fidem.

Et ius obtinuit, ſed non poſſedit id ipſum,

Nam proficiſcendo mortuus antè fuit.

M. CCC. LXXVII.

34. Eius ſucceſſor Scheyrenſis in ordine frater,

Vlricus Mumpeck nomine dictus erat.

Is, quia Scheyrenſis paulò poſt redditur Abbas,

Reſtituit fidei credita iura ſuæ.

M. CCC. LXXVIII.

35. Boiariæ ductor curam Fridericus habebat,

Si queat antiquus fortè redire ſtatus.

Quarè præpoſitus, què tunc noua cella tenebat,

Venit, & amiſſæ reſtituuntur opes.

Non tamen ille diu, ſed tres modò præfuit annos,

Auctor

Auctor ut Abbati sint loca danda nouo.

M. CCC. LXXX.

Hinc Leonardus erat uenerando nomine clarus, <sup>36.</sup>

Nobilis & Christi relligione sacer.

Reddidit Abbatum, decus & renouauit honores,

Restituitq; sacros, quos decet esse, libros.

Diuim reliquias sed & ornamenta refecit,

Et quicquid fuerit laude uel arte prius.

Manibus ergo pijs Leonardi fausta precetur,

Quisquis spiritui uult dare iusta suo.

M. CCCC. XVI.

Qui fuit ante Prior Fridericus constitit Abbas, <sup>37.</sup>

Et male foeminea tactus ab arte perit.

Nam muliebri genus dedit eius toxica uentri,

Qualia leprosos reddere posse putes.

Vnde fit, ut primo uita defunctus in anno,

Desinat esse Abbas, desinat esse Prior.

M. CCCC. XVI.

Hinc Eberhardus adest uere uenerabilis Abbas, <sup>38.</sup>

Qui cura modicas sedulus auxit opes.

Frimus enim cingit rasos diademata crimes,

Dum iuxta capitis tempora mitra subit.

Emendat mores, & eo regnante probatur

Viuendi monachis regula danda suis.

Aedificando parat, quod, quae collapsa iacerent,

Sint erecta nouo conspicienda modo.

Hinc noua multa facit: dominis Abbatibus ædes,  
Fratribus ut tuto nocte cubare queant.  
Addit & ipse quibus refici bene corpora possint,  
Et testudinibus templa uidenda bonis.  
Hic, dum concilium Basileam uisitat urbem,  
Cum reliquis missis debita sacra facit.  
Curat ut in Kelhaim precio data uinea fiat,  
Vinea quæ succos donat amara nouos.  
Pluria patrauit, quæ uersu dicere non est,  
Et quæ perpetuò non peritura uigent.  
Det Deus æternus, trinus Deus, unus & ident,  
Ut premat audaci sydera summa pede.

M. CCCC. XLVIII.

39. Doctus Ioannes & amabilis omnibus Abbas,  
Præfulis officium præsidiumq; subit.  
Largus erat multaq; simul pietate uerendus,  
Ingenij ualuit uiribus usq; sui.  
Is, licet incensam turbarint fulmina turrim,  
Damnaq; Cœnobio plurima grandio daret:  
Aedes, relliquias sed & ornamenta parauit,  
Argento decorans signa sacrata suo.  
Vina per austriacas cmit nascentia terras,  
Hinc soluit uitæ debita iura suæ.

M. CCCC. LXXXI.

Mox Leonardus adest prudens simul atq; fidelis, 40.

Et bonus œconomus mente sagace pius.

Hic, licet aſtiduis morbis conſumptus agebat,

Cœnobio magnam contulit unus opem.

A fundamentis Abbatum tecta refecit,

Et ſtudit magnas ſurgere poſſe domos.

Postmodò complures cruciatus paſſus, ut ignem,

Officij rectè munere functus obit.

M. CCCC. LXXXIII.

Post hunc Chriſtophorus uir ualdè doctus habe- 41.

tur,

Eloquij ſtudijs & pietate ualens.

Absens eligitur, dum natas colligit uuas,

Præſectus monachis cogitur eſſe ſuis.

Postmodò ſponte ſua ſuſceptos ponit honores,

Exoptans ſtudijs clarior eſſe ſacris.

In quibus & titulum doctoris ſumpſit habendū,

Atq; professoris munera Doctor obit.

Hunc ſeruire uirum ſibi culta Bononia uidit,

Dum ferijt magnis ampla theatra ſonis.

In cella Mariæ, quæ ſit ſubiecta Caryntho,

Præco Dei populo pandit ad aſtra uiam.

Fratribus argenti magnam uim miſit & auri,

Et pariter magnas mors dedit eius opes.

His igitur meritis cælo digniſſimus auctor,

Ardua

*Ardua sub pedibus conspicit astra suis.*

*M. CCCC. XC.*

42. *Wuolfgangus sequitur dictus cognomine de  
Nobilis & ueræ religionis amans. (Vucyx,  
Fautor erat primisq; simul promotor ab annis,  
Quilibet ut dicta sub pietate foret.  
Nam quadraginta canoni seruiuerat annis,  
Cum monachus sacra factus in æde foret.  
Aedes restituit dicendus nomine sacras,  
Organicisq; simul multa sonanda modis.  
Porticus à pruna testudine redditur ampla,  
Et per eum multe conficiuntur opes.  
Post mortem monachis uestigia multa super sunt,  
Per quæ conspicuè nouimus esse pium.*

*M. CCCC. XCV.*

43. *Præficitur cunctis alijs Antonius Abbas,  
Egregia Christi religione pius.  
Largus & ex omni rerum uirtute probandus,  
Auxilium miseris præstitit usq; uiris.  
Plurima Coenobio mansuetus dona dedisset,  
Si non mouissent Boica bella duces.*

*M. D. VII.*

44. *Maxima Coenobij Benedictus debita soluens,  
Vir sapiens magnam sorte ferebat opem.  
Iustis fautor erat, sed erat peccantibus osor,  
Antiquum cupiens instituisse modum.*

*M. D.*

M. D. XX.

Post hunc eligitur sacro numine præsul,  
Nomina qui Thomæ nomine dicta tulit.  
Ille quidem cupijt uarijs dare commoda rebus,  
Sed fortuna sua uersat inane manu.

M. D. LIII.

Iracundus erat, sed mente domesticus idem, 45.  
Qui bona Christophorus commoda ferre cu  
Restituit sacras dormire uolentibus ædes, (pit.  
Campanis turrim restituitq; suam.  
Istius Anglopoli cernunt comitia mortem:  
Det Deus æternæ pacis amore frui.

M. D. LXIII.

Cassparus Phrasius summè uenerabilis Abbas, 46.  
Fratribus & monachis præficiendus erat.  
Is uerè Phrasius, uerè reuerendus & idem  
Dotibus ingenij conspicuusq; fide.  
Quædam persoluit, quæ debita fecerat alter,  
Restituit sano tecta nouanda suo.  
Fecit ut in templo Christi pendentis imago  
E cruce sit populo conspicienda pio.  
Sub cruce discipulus quasi cernitur esse Ioannes,  
Et genitrix miris anxia facta modis.  
Hic etiam Phrasius stabulis bona tecta locauit,  
Reddidit organicis signa sonanda modis.  
Deq; nouo fecit, quos iam dant organa, cantus,

Deq;

1780041

Deq; nouo fecit, quæ domus omnis habet.  
Et tamen ingentem diuerso tempore cladem,  
In uarijs rebus per mala damna tulit.  
Est bonus & summa cum religione colendus,  
Doctus & Aonidum Pieridumq; decus.  
Nil nisi præco Dei uerè caelestia curat,  
Caelestis cælum sperat habere suum.  
Bis senos docuit populum sermonibus annos,  
Id quod adhuc hodiè, sic uelut antè, facit.  
Qui bonus est, illi semper placuisse uidetur,  
Qui malus est, illi non placuisse potest.  
Doctus ut est, ita se doctis recreare putatur,  
Ut pius est etiam sic iuuat esse pium.  
Est uerè Phrasius numero perfectus ab omni,  
Dignus ad æternos uiuere posse dies.

FINIS.



